



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sacrum Misericordiae Palatium

Variis Sacrae-Scripturae Locis, Atque Septem misericordiae operibus quasi
peristromatibus exornatum

Gzaeus, Nicolaus

Augustae Trevirorum, 1618

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54459](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54459)




Th. 3179.

J VI

20





SACRVM
MISERICOR-
DIÆ PALATIVM.

VARIIS SACRÆ-SCRI-
PTURÆ LOCIS, ATQVE SEPTEM
*misericiordiæ operibus quasi peristroma-
tibus exornatum.*

AVCTORE V. P. F. NICO-
LAO GAZZO, ORD. MIN.
Reg. Obf. Religiofo, ac Sacræ
Theologiæ Lectore.

NUNC PRIMVM CALLICO IDIO-
mate in Latinum conuerfum per F. Ioannem
Schilbert eiusdem Ordinis Religiofum
ac S. Theologiæ candidatum.

AVGVSTÆ TREVIRORVM
apud I. SCHLEVTER Archiepisco-
palem Typographum &
Bibliopolam.


ANNO M. DC. XVIII.

DE PRIMO
OPERE MISERI-
CORDIE.

Dives opum fer opem mise-
ro quem turpis egestas
Et male suada fames pre-
mit, & fortuna malorū:
Tum cœlo te respiciet miseratus
ab alto.

Rex superum, in melius tua (nam
potis) orsa reflectens.

QVID



QVID SIT MISERICORDIA ET IN QVOT

MEMBRA DIVIDANTUR.

CAPVT I.

AVxiliante Patre Misericordiae, adiuuante Spiritus Sancti gratia creximus Misericordiae palatiū in priori parte. Quē admodum autem Princeps nobilis extraneos nouitatū amatores, deducit per omnia palatij sui loca; demonstrat aulas taptibus phrigijs exornatas; amœnitatem situationis lustradam offert, porticus, turrimque ostendit excellentiam: Ita nobis idem, superest faciendum. Verum antequam vltius gradiamur, inquirendum est, quid sit Misericordia, siquidem in omni scientia ad difficultatum explanationem plurimum prodest definitio. Plerumque igitur in sacra scriptura *Misericordia* accipitur pro fauore, gratia, beneficio, amicitia, inclinatione cordis procedente à charitate quo exoptamus alteri subuenire, nostra ope indigenti, D. Augustin. sic definit:

P 2 Est

*seru
pudic
ca*

VID

4 ESURIENTES PASCERE

Est aliena miseria in corde nostro compassio, quâ utiq; si possumus subuenire compellimur. Nec discrepat hæc definitio à derivatione nominis. Nam Misericordia idem est quod miseria cordis. Idque quia Misericordia facit ut alterius Miseriæ compatiemur, in nobis ipsis pietatis resultum sentiamus. Licet autem hæc definitio sufficiens, sit, nihilominus ad maiorem huius intelligentiam primò dicimus, Misericordiam nihil esse aliud quam, desiderium & voluntatem alienæ succurendi indigentia. Et hoc modo potest etiam pauper nihil possidens, per alienæ infœlicitatis compassionem, celestia præmia promereri. Secundo dicimus Misericordiam esse desiderium & voluntatem succurendi egeno cum voluntatis effectu. Et hoc in diuitibus maximè reperitur, quibus mædia competunt ad voluntatis ac desiderij completionem. Estote ergò Misericordes non solum in affectu, sed desiderij vehementiam in opus deducite, fietque ut proculdubio, maiorem referatis coronam, quam pauperes qui in sola voluntate & desiderio pauperi compatiuntur. Hocque ex eò quod in Misericordia, opus exterius exhibitum præualet interiori; quod in anima solummodo exhibetur. Quod ex sequen-

sequentibus amplius clarebit. Is qui Eleemosynā dare exoptat, & cui mædia ad hoc sufficientia non competunt, ex quò non dat, non fraudatur præmio essentiali gaudij cœlestis, sed accidentali: Diues autem qui voluntati opus adiunxit; maiori insignietur corona, & maiorem reportabit gloriam. Fœlices ergò vos ô Diuites, quibus ad tantæ glorię comparisonem dati sunt thesauri. Sufficenter definiuimus Misericordiam. Nunc ad palatij penetralia intremus, inspecturi quanta sit huius operis magnificentia, consideraturi omnium aularum excellentiam. Diuiditur namque Misericordia in corporalem & Spiritualem. Corporalis verò in septem alia opera diuiditur, quæ Theologi hoc versu descripserunt:

Visito, potō, cibo, redimo, tego, colligo, condo.


Quod si huius septenarij numeri rationē quis exquirat; hæc est. Quia corpus humanum septē etiam constat partibus principalibus, pelle scilicet, carne, sanguine, neruo, arterijs, venis, & ossibus. Licet verò opus Misericordiæ corporale excellens sit admodumque præstans, tamen in multis illud superat Opus Misericordiæ spirituale. varijs de causis. Primo, quia quod exhibetur in Misericordia spirituali, excellit & superat

6 ESURIENTES PASCERE

perat, opus quod exhibetur in Misericordia corporali. Donum enim spirituale, preualet temporali. Secundo, quia quanto spiritus est nobilior corpore, tanto opus illi præstitum, excellit illud quod factum est corpori. Tertio ratione actionis quæ exhibetur. Spiritualis namque Eleemofyna, nobilior est corporali. Vnde tenent Patres Patriarcham Abrahamum plus meruisse pro Sodomitis intercedendo, quam Angelos ipsos hospitio excipiendo. Quis dubitet eum plus mereri qui animæ succurrit indigenti, quam eum qui pauperi subuenit mendicanti? Plus sanè meretur qui animam virtutibus exornat, quam qui spoliatum corpus indumentis contegit. Verum nos qui carnalia omnino sectamur, carnis inedia, corporis paupertatem contegimus, sed animæ curam nullatenus gerimus. Vos plebs Leodina atque Bethuniæ qui in Ciuitatibus vestris ad corporum curationem, ad pauperum sustentationem, & Peregrinorum susceptionem domos ædificastis; ubi est domus illa in qua ignorantes doceantur, in qua à peccatis abstinere instruantur? ubi nam monentur *ut resipiscant à laqueis Diaboli, à quò captiui tenentur ad ipsius voluntatem?* Si igitur adeò estis seduli ad

corpo-

corporum medelam & curationem, intendite magis in opera spiritualia, quæ eo magis sectanda sunt quò corporalibus amplius præferuntur. Sunt autem hæc. Ignorantes docere. Pauperibus benè cōsulere. Peccantes corrigere. Consolari mæstos, Ferre patienter iniurias: Pro salute proximi Deum orare; Offensam remittere. Quod si etiam huius septenarij causa requiratur, dicendum est Misericordiam in eas partes diuidi, vel propter Sacramenta Ecclesiæ, vel ad similitudinem virtutum tum Cardinalium, tum Theologarum, vel ad imitationem donorum Spiritus Sancti, quia sicut hæc omnia animam exornant; ita etiam, hæc Misericordiæ opera, animæ ornamentum adiungunt. Vel denique quia beati in cælo sint septem excellentes prærogatiuas habituri, tres ex parte animæ, scilicet claram visionem; Securam possessionem; & iucundam fruitionem; quatuor verò ex parte corporis; claritatem, impassibilitatem, Agilitatem & subtilitatem. Attamen numerus ille septenarius non vacat à mysterio, sed intelligentiæ plena sunt omnia.



DE PRIMO OPERE
MISERICORDIÆ CORPORA-
LIS QVOD EST: ESURIENTES
pascere; & quomodo de illo opere sibi fa-
cto, Christus sit testimonium daturus,
his verbis: Esuriui & dedistis mi-
hi manducare.

CAPVT II.

CVm filius hominis in tremendo Iudi-
cij die iudicaturus vniuersum terrarū
orbem federit; Non Laurentij craticulam,
non Stephani Lapides, nō Martyrum tor-
menta requiret, Non iusti Abel sacrificia,
Non deuotionem Enoch, non Iosephi ca-
stitatem examinabit; sed in suæ sententiæ
primordio, Misericordiam inducet. & Mi-
sericordibus præmia retribuet. Huius rei
testimonium perhibet Euangelista, qui lu-
dicij ordinem texens, Dominum inde or-
surum dicit: *Venite Benedicti Patris mei per-
cipite regnum quod paratum est vobis ab in-
itio Mundi: Esuriui & dedistis mihi mandu-
care.* Ratio autem cur pro Misericordia sint
recepturi gaudia æterna, est: quia quemad-
modum

Math. 25.

modum Charitas Deum traxit è cœlis in
 terram: ita charitas è terra, hominem vehet
 in cœlum. Descendit in terram humanita-
 tis assumens miseriam, vt famelicis fatiaret
 animas, (ipse namque est panis Angelorũ, *Psal. 77.*
 & aqua saliens in vitam æternam:) sic qui
 famelicos pane materiali satiauerit, procul-
 dubio, ima relinquens in supernam patri-
 am rapietur. Ad nos venit spoliatus gratia,
 vt reindueret, non quibuscumque vesti- *Rom. 13.*
 mentis, sed seipso prout testatur Aposto-
 lus: *Induimini Iesum Christum*: Sic qui nu- *Proverb. 8.*
 dos contexerit, gloria & honore inter An-
 gelos Dei coronabitur. *Delicia Dei sunt es-*
secum filijs hominum; ita qui charitatiue
 peregrinos exceperit hospitio, domiciliũ
 in cœlis sibi comparabit sempiternum. Dei
 filius vsque ad inferni penetralia descendit
 captiuos redempturus; sic qui pro eius a-
 more captiuos redemerit, sine dubio liber-
 tatẽ filiorum Dei assequetur. Medicus ille
 cœlestis animæ infirmitatẽ curaturus, des-
 cendit in terris (hic enim sanat omnes in-
 firmitates nostras) si ergo infirmos visita-
 ueris, à pœnis æterni incendij liberabit.
 Venit in Mundum vt mortuos suscitaret;
 quod si mortuorum curam suscepit quis;
 spondet ei vitam & resurrectionem ad glo-
 riam.

seri
 public
 era

IO ESURIENTES PASCERE

Ioan. 6.

riam. Resuscitabo eum in nouissimo die. Dabit ergò Deus gloriam regni sui Misericordiis, quia Misericordia sola, de sinu paterno, in humanę miserię vallē pertraxit. Subdit verò rationem huius donationis, dùm inquit: Esuriui & dedistis mihi manducare, sitiui, & dedistis mihi bibere. Hospes erā & collegistis me &c. Iusti autē magnificentiam donationis, munificentiamque retributionis

Matth. 25.

admirantes in hæc erumpēt: Domine quando te vidimus esurientem & pauimus: sitientē & dedimus tibi potum? Qui fieri potuit vt fons sitiret, vt aqua vitę sitim pateretur, aut panis Angelorum fame premeretur? tuo

Ioan. 4.

namque sacratissimo ore dixisti: Omnis qui biberit aquam quam ego dabo ei non sitiet in æternum; sed aqua quam ego dabo ei, fiet in eo fons aquę salientis in vitam æternam. Quomodo ergo sitim patitur, cuius sedes cœlum est, & terra scabellum pedum suorum? Quomodo te hospitē collegissemus, & in domos nostras induxissemus, quem totus non capit orbis? Quomodo te nudum contexissemus, qui es amictus lumine sicut vestimento? Quomodo te infirmum sanassemus, qui ægrotis omnibus confers medelā? Quomodo te è carcere deduxissemus, cum tu descenderis è cœlo, vt captiuos Patres è Lybo

Psal. 103.

liberares? Tantus erit Diuinæ maiestatis
 splendor vt (quos Fratres appellat Domi-
 nus) non sint eum agnitori, quemadmodū
 nec filij Iacob Fratrem suum ad regię dig- *Genes. 42.*
 nitatis culmen euectum nō cognouerunt.
 Tantus erit regię dignitatis fulgor & glo-
 ria, vt incredibile futurum sit eum famem
 sitimque perpeffum, quē Angelorum cin-
 git exercitus, quemque Beati omnes con-
 gruo honore venerantur. Veruntamen
 Dominus ad interrogata respōdebit. *Quā-
 diu fecistis vni ex his fratribus meis minimis,
 mihi fecistis.* O delectabilem Saluatoris re-
 sponfionem! Si Princeps aliquis longin-
 quum iter peracturus nobili cuidam filiū
 regni successorem comēdaret, qua putas
 voce dulciori eum alloqui posset, quam di-
 cendo: Quod huic filio meo feceritis, mihi
 factū imputabo? Et ecce Dñs ac Saluator o-
 pus impertitū pauperi sibi factū, gratumq;
 testatur. Si Pauperes in regię dignitate fulge-
 rent, nō mirum esset si ad eō sedulō comēn-
 darentur, nunc verò cū illi sint quasi fœces
 & ludibria mundi totius; stupet mēs huma-
 na in tantæ charitatis commendatione. Igi-
 tur Christiane dum in domus tuæ ianuis
 pauperem audis mēdicantem, Christū esse
 cogita, qui per manum pauperis à te possit
 Elec-

seri
 vbi
 ca


Da-
 icor-
 ater-
 Sub-
 n in-
 e, sti-
 colle-
 a do-
 ionis
 uan-
 rientē
 nit vt
 r, aut
 ? tuo
 is qui
 et in
 e in eo
 Quo-
 e cœ-
 rum?
 & in
 totus
 a con-
 at ve-
 naffe-
 delā?
 s, cum
 tres ē
 ymbo

Pet. Chrysof.
 serm. de Elee
 dof.

Eleemosynam. Ne deneges ergo Christo in pauperis persona mendicanti; *Nam manus pauperis est Christi gazophilacium; quicquid pauper accipit: Christus acceptat.* Christus est qui diebus singulis exclamat. *Misericordiam volo, Nō mihi, sed pauperi.* Si quis Christum in porta mendicantem agnosceret, nunquid obuiam statim procederet; nunquid omnia sibi possibilia charitatis officia impenderet? nunquid sibi maximum honorem impensum arbitraretur, si Deum ipsum hospitio exciperet? Qui in pauperis persona Christum non agnoscit in eo reuera deficit lumen veræ fidei ac veritatis.

Sedulò igitur Eleemosynis incumbendum est vt gratiam eius nobis comparem⁹, qui à nobis in persona pauperis cibum medicat & poscit. Moueat nos, & viscera nostra in charitatem inclinet alienæ paupertatis miseratio; quod si confratris indigentia mouere non valet, moueat saltem consideratio diuinæ humilitatis. Mendicat enim à nobis Christus, à quo nos ipsi diebus singulis victum flagitamus: *Panem nostrum quotidianum da nobis hodie*, à quo regni donationem imploramus. Quod si victum, aut vestitum ei recusamus, videndum est, ne maiora quæ nos efflagitamus ipse pariter

riter deneget. Cogita Deum te alloqui & dicere, meus est orbis terrarum & plenitudo eius; vniuersa substantia, quæ in orbe est à manu mea procedit; vt quid ergo renuis dare quæ tibi concessi; quæ tantummodo ad vsum commodauit; vt igitur vox illa dulcis insonet auribus nostris: *Venite benedicti &c. operibus Misericordiæ omne nostrum studium impendamus, ne fortè cum maledictis audiamus: Ite maledicti in ignem æternum qui paratus est Diabolo & Angelis eius: esuriui enim & non dedistis mihi manducare, sitiui, & non dedistis mihi potum &c. Tunc illi tremebundi & confusi dicent: Domine quando te vidimus esurientem aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmum, aut in carcere, & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis dicens: Amen dico vobis quamdum non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et subiungit Euangelista: & ibunt hi, (supple Immisericordes) in supplicium æternum; iusti autem (& Misericordes) in vitam æternam.*



QVOD

Sten
 m
 d
 ca

isto
 ma-
 uic-
 hri-
 lise-
 quis
 sce-
 eret;
 s of-
 num
 eum
 peris
 o re-
 is.
 oen-
 em,
 me-
 no-
 per-
 gen-
 con-
 at e-
 ebus
 rum
 i do-
 um,
 dum
 e pa-
 riter



QVOD AB EXEMPLO
CHRISTI, ANGELORVM,
HOMINVM, CREATVRARVM
irrationabilium, & ab ipsa Natura in-
citemur ad subueniendum fa-
melicis.

CAPVT III.

Luc. 14.

Marc. 8.

SIn causis iudicialibus plurimum pro-
dest iudicis ipsius testimonium, quis in
hac causa præstantius exquiret, quam sit il-
lud Domini Saluatoris dicentis? *Cum facis
conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, &
coecos, & beatus eris, quia non habent retribuere
tibi: retribuetur enim tibi in resurrectione
iustorum.* Nec solum testimonium Salua-
toris fidem facit, sed & opera quæ exercuit
amplissimum præbent veritati testimoni-
um. Videns namque Dominus indigentiam
turbæ sequentis se misericordiæ visce-
ra pandens, succurrere eique necessaria
præbere alimenta decreuit: dicebatque:
Misereor super turbam quia ecce iam tri-
duo sustinent me, nec habent quod man-
ducent: quod si ieiunos dimisero deficient

117

in via &c. Denuo videns turbam fame tabescentem & pra inopia penè deficientem, quasi potestatis ignarus interrogabat discipulos suos: *Vnde ememus panes vt manducant hi?* Ex quo docet quosuis populi rectores de cura quam gerere debent, ne pauperes defectu alimoniam deficiant in huius vitae curriculo. Stupenda sunt haec Dominicae charitatis opera, at admirabilius multo est quod in vltima cena; nobis admirandum reliquit. Saturatos namque discipulos Agni paschalis esu, etiam proprio reficit corpore, & sanguine pretioso. Quis igitur pauperi necessaria denegat alimenta, si illius largitoris percurrat beneficia? Nullus ut reor adeo adamantino erit pectore, qui ad Saluatoris nomen, & amorem adiuratus non pandat viscera charitatis. Pudeat hominem, si Dei filium instruentem contemnat; si Angelorum exempla despiciat. Ecce namque Angelus astitit ad caput Eliae, & famelicum subcinericio, cibavit pane; *Surge & manduca.* Quod si forte Angelicae naturae praestantia ab exemplis deterret; si hominum magis cupis exempla sectari, vide Melchisedech Abrahamo occurrentem, panem, vinumque ei offerentem. Inspice Abrahamum dimittentem ancillam suam Agar, *Genes. 14.*
cum

Ioan. 6.

Luc. 22.

3. Reg. 19.

Genes. 14.

- Genes. 47. cum pane & aqua. Ioseph famis tempore Ægyptijs exclamantibus *cur morimur te vidente*; ex horreis publicis necessaria alimenta ministrat. Booz indigenti Ruth dicebat: *Quando hora vescendi fuerit, veni huc & comede panem, & intinge buccellam tuam in aceto.*
- Ruth. 2. Seditque ad messorum pedes, & congestit polentam sibi, comeditque & saturata est, & tulit reliquias. Achimelech Sacerdos magnus famelico Dauidi eiusque pueris sanctificatos panes largitus est.
1. Reg. 21. Abdias centum Prophetas in speluncis latitantes pane & aqua sustentavit. Vir quidam venit de Baal-salisa deferens virum Dei Eliseo panes primitiarum, & viginti panes hordeaceos: & frumentum novum. Acceptos vero panes Eliseus tradidit ministro inquitens: *da populo ut comedat.*
3. Reg. 18. 4. Reg. 4.

cap. 31

Patriarcha Iob in omni aduersitate patientissimus, cum maxima conscientie securitate dicebat: *Si comedi buccellam panis solus, & non comedit pupillus ex ea, humerus meus à iunctura sua cadat, & brachium meum cum suis ossibus confringatur.* Isaias autem quasi tuba exaltans vocem apertissime dicebat: *Frangere esurienti panem tuum.*

cap. 58.

S. Ludouicus Galliarum decus & honoris proprijs manibus regia dignitate contemp-

pta pauperibus cibaria ministrabat, immò
 & leprosis adeò infectis, vt aspicientibus
 nauseam promouerent. *Et nunc Reges in-*
telligite, erudimini qui iudicatis orbem. S. Iuo
 caudicorum patronus, cum modicum pa-
 nis multis pauperibus indigentibus largiri
 non valeret, præ cõpassionis, & Misericor-
 diæ desiderio, à Deo obtinuit vt panis in
 manibus eius multiplicatus, ad omnium
 pauperum ibidem præsentium sustetatio-
 nem sufficeret. B. Dominicus Ordinis Præ-
 dicatorum Fundator cum Valentix libera-
 libus disciplinis operam daret, vrgente fa-
 me bibliothecam omnesque libros in ea cõ-
 tentos vendidit vt pauperibus fame pere-
 untibus subueniret. Nec absimile est quod
 in Beato Bernardino factum inuenimus;
 qui deficiente in domo pane, prandium si-
 bi subtrahebat, vt pauperi impenderet. In-
 numeros relinquo quos in medium produ-
 cam suo tempore. Superest vt si adamanti-
 no adhuc es corde, si te non filij Dei, non
 Angelorum, non hominum exempla mo-
 uent, saltem inanimata doceant & ad cha-
 ritatis officia prouocent.

Psal. 2.

in legend.

Sur. tom. 4.

Sur. tom. 3.

3. Reg. 17.

Corui in solitudine degenti Eliæ panem
 subministrant. Corui D. Paulo nec nõ An-
 thonio panem in edulium conferunt. Cœ-
 lum

Q

18 ESURIENTES PASCERE

lum ipsum quod inanimatum est, opera
charitatis indicat esse facienda; cum fame-
licis filijs Israel, mellitum cibum, manna
componit, & eis per quadraginta annos tri-
buit. Elementa sibi inuicem alimenta com-
ponunt. ignis aërem calefacit; aër, aquam;
aqua terram irrigat, terra bestijs alimenta
impertitur: bestia ad vsum hominis deser-
uiunt. Denique Natura ipsa suo exemplo
hominem in charitatis exercitia prouocat
& impellit. Vix enim lucis huius primor-
dia spectauit puer, egressus ex vtero ma-
tris, & ecce necessaria sunt ei alimenta, ne-
cessarius cibus, si vita debeat conseruari.

Cap. 29.

Vnde Ecclesiasticus inquit: *Initium vite
hominis, aqua, & panis, & vestimentum.*

Cap. 39.

& alibi verbis amplioribus explicat dicens:
*Initium, necessaria rei vite hominum, aqua,
ignis, ferrum, sal, lac, & panis similagineus,
& mel, & botrus vuae, & oleum, & vesti-
mentum.* Quæ omnia cum homini sint
necessaria, quid ni exemplo Dei & Ange-
lorum pauperibus impendamus, vt diuini-
tatis folio appropiemus? Ait namque qui-
dam Poëta.

*Quid queso præclarior, atque Deo-
rum.*

Digni-

Dignius est solio, auxilium quam ferre ru-
enti,

Tradere pauperibus victum?

QVOD DIVITES IN
PAUPERVM COMMISERA-
TIONEM RATIONE CALAMI-
tatis quam infert fames, indu-
ci debeant.

CAPVT IV.

S homo opulentus Sanctorum Patrum
exemplis in pauperum miserationē in-
duci nequeat; si brutorum animantium nō
mouet charitas, & humanitas Elemento-
rum: saltem eū moueat calamitatis cōside-
ratio. Tanta siquidē est huius miseriae mag-
nitude, vt non solum modo corpori necem
inferat, sed etiā plerumq; animam interfi-
ciat. Dum enim corpus famelicū saturatio-
nis remedia inquirat: latrocinijs, furtis sa-
crilegijs, mendacijs, falsis denique infi-
stens testimonijs animam iugulat & peri-
mit. Quis crudelitatem famis non mi-
retur? quis non eam vereatur? Intesti-
na namque dum parat bella, hominem ad

Q 2 pro-

20 ESURIENTES PASCERE

propriij corporis vorationem prouocat.
Ideoque de Erisichtone fabulantur poëta:

Ouid. S.
Metam.

*Sic epulas omnes Erisichtonis ora profani.
Accipiunt, poscuntque simul: cibus omnis
in illo.*

*Causatibi est, semperque locus sit inanis
edendo.*

Dum inquam hæc, hominis corpus tor-
quet, brutum efficit, quem torquebat ho-
minem. Parat de filiquis porcorum, alimé-
ta hominis, & quæ antea humanitatis erant
excrementa, tunc efficit delicatissima sen-
tiri cibaria. Quid ultra? ipsos liberos, pa-
rentum facit edulium. *Manus mulierum*

Thren. 4.

4. Reg. 6.

Misericordium (inquit Hieremias) *coxerunt
filios suos, facti sunt cibus earum.* Nunquid in
Samaria audite sunt mulieres, inter se com-
ponentes; de manducatione filiorum?

Ioseph. lib. 7.
bell. Iudaic. c.
7. & 8.

Nobilis quædam Matrona nomine Ma-
ria tempore obsidionis vrbis Hierosolymi-
tanæ sub Tito & Vespasiano, proprium fi-
lium quem paulò ante genuerat fame co-
gente assatum deuorauit. Lactantem nam-
que puerum sic allocuta est. O infaustum
filium; infœlicem proh dolor! prolem. Cui
te miserum asseruabo? Si te conseruauero,
si carnibus tuis pepercerero, tabesco fame.
Piaculum aggredi fas est cogente necessi-
tate.

tate. Vt igitur Romanorum te gladius non voret, sis modò chare puer esca matri, & ei quæ tibi vitam concesserat, tua morte vitam tribue. Hisque dictis filium in frustra diffectum, assatumque vorauit. Hic famis crudelitatem attendens D. Augustinus inquit: *Proh dolor! inquinatas carnes, & horrendas escas famis necessitas poscit.* In cibum pietas vertitur, in pabulum suscepta soboles commutatur; ante parricidium geritur quâ ad funestas epulas veniatur. Hæc autem crudelitas oritur ratione peccatorum. Sic indicauit Dominus leuitici 26. *Corripiam vos septem plagis propter peccata vestra; ita ut comedatis carnes filiorum vestrorum, & filiarum vestrarum.* Id ipsum prædixit Ezechiel: in-

Serm. 22.
de temp.

quiens: *Patres comedent filios suos in medio tui, & filij comedent patres suos.* Hoc autem temporibus nostris contigisse testantur annales. Nam post mortem Henrici 7. adeò inualuit fames in regno Bohemiæ & Polonia, vt filij parentum esca fierent; Parentes autem decrepiti, suis carnibus, filijs in alimenta deseruient.

Cap. 5.

in Annalib.
Bohem: &
Polon.

Temporibus Honorij Imperatoris tanta crudelitate fames Romanam urbem cinxerat, vt pluries hæc vox in foro insonaret: *Pone prætium humane carni.* Ac si dicerent:

Procopius
Gazæus

Q 3 Indi-

Handwritten text on the book's spine, including the word "Indica" and other illegible characters.

Indica nobis ô Imperator quanti venundabitur caro mercatorum, quanti Nobilium, vel ignobilium, quanti Adolescentium ac puellarum? Trucidentur nobiles, pereant ignobiles, tradantur ignibus assandæ puellarum carnes, vt inde fortis quisq; alimenta suscipiat. Refert Salustius in exercitu Romanorum tantam fuisse famis crudelitatem, tantamque ciborum indigentiam, vt mortuorum corpora sale condirentur ad aliorum sustentationem. Dicit insuper decimum quemq; militem occisum fuisse, quò aliorum subueniretur penuriæ. Vnde Titus Liuius insignis historiographus famem appellat *ultimum supplicium*. Et reuera benè. Nam vt cum Hieremia loquar; *melius fuit occisus gladio, quam interfectus fame; quoniam isti extabuerunt, à sterilitate terræ*. Ideoque potius famelico compaterer quam nudo, vel captiuo, vel alio quouis miseriarum genere laboranti. Nam in misericordiam prouocat & impellit diuitem, imago mortis quam in facie præ tendit. Vacillant pedes, vox deficit, contrahuntur oculi & præ crudelitate famis in caput se recipiunt; voluitur hinc inde caput, vix etiam cutis ossibus hæret, denique interius exteriorque non miser est, sed ipsa miseria.

3. Dec. lib. 1.

Thren. 4.

Metam. 8.

ria. Quidium huiuscemodi describentem *Metam.* 8. audiamus.

Hirtus erat crinis, caeva lumina, pallor in ore,

*Labra incana sive scabri rubigine dentes,
Dura cutis, per quam spectari viscera pos-
sent.*

*Ossa sub incurvis extabant arida lumbis.
Ventris erat pro ventre locus, pendere pu-
taretur.*

*Pectus, & à spina tantummodo crate tene-
ri, &c.*

Hunc ergo in tantis miserijs constitu-
tum, si conspexeris; nunquid humanitatis
oblitus, aut adamante durior, necessaria
denegabis? Si templi socius, si eiusdem
Ecclesiae filius, si participat in commu-
nitione altaris, ut quid eum à communi
mensa reijcis? An fortè saturari debes, il-
le verò fame tabescere? Absit. Nam & A-
postolus grauter increpat huiusmodi dif-
cordes inquit: *Alius quidē esurit, alius au-
tem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad
manducandum & bibendum? aut Ecclesiam* 1. Corinth. 20.
*Dei contemnitis, & confunditis eos qui non
habent? Quid dicam vobis? Laudo vos?*

Q 4 22

24 ESURIENTES PASCERE

in hoc non laudo. Sed is laude dignus est qui, domum indigentis ingressus alimenta ministrans, inde famem expellit. Qui ad instar Græcorum per substantiæ atque ciborum largitionem flagellat famē, & inquit: *ἐξω βούλιμον*, hoc est, *foras famēs*. Expellite ergò famem, crudelem illam miseriarum omnium illatricem, à domibus viduarum atq; orphanorum, vt post bona opera, laudem mereamini assequi à Domino.



QUALIBVS POENIS
AFFICIENDVS SIT QUI FA-
MELICVM SATVRARE
neglexerit.

CAPVT V.

ANtequam ad præmia Misericordium descendamus, inquirendum nobis est qualibus sint poenis cruciandi qui famelico non subuenerint (quod etiam de cæteris Misericordiæ operibus intelligendum est). In primis erit illis conscientiæ penetrantia corrodens vermis, qui *non morietur*, sed incessanter, sine vlla requie eorum conscientias

tias cruciabit. Huius autē corrosionis causa est, quoniam propter Immisericordiam se damnatos vident, vbi è contra, si operibus Misericordiæ vacassent, proculdubio, salutis portum attigissent. Insuper eadem in eos sæuiet crudelitate fames, qua torquebantur miseri quibus subuenire neglexerunt. Hoc varijs in locis indicat scriptura: *consumentur fame. Nobiles eius intereunt fame. Visitabo vos velociter in egestate, & ardore qui conficiat oculos vestros & consumat animas vestras &c. Daboque cælum desuper sicut ferrum, & terram aneam, consumetur incassum labor vester, non proferet terra germē, nec arbores poma præbebunt.* Impius ille Rex Achab in hoc, sæculo famem perpeffus est propter peccata sua, maximè verò quia Prophetas fame tabescere reliquisset, nisi charitatiuè Abdias eos in spelunca enutrisset. Et reuera, fames quandoq; ex ira Dei in Mundum mittitur propter peccata, maximè verò quando pauperibus Eleemosynæ subtrahuntur. Tunc autem cum pro peccatis fame premimur, sola pœnitentia huic morbo medetur. Vt quid ergò famē, sola pœnitentiæ dilatione toleremus? patieris ò peccator eo vsque famem inualescere pro impœnitentia, vt naturæ excrementa

Deuter. 33.
Isaie. 5.
Leuit. 26.
3. Reg. 18.

Q 5

seri
dia
ca

Luc. 15.

Euseb in hist.
Eccles.

Aeneid. 3.

Ouid. metam.
2.

menta manducare cogaris? Impende, impende substantiam, bona tua famelicis diuide, ne cum prodigo filio, de filiquis porcorum cogaris ventrem replere; dicasque cum illo: *Hic fame pereo*. Memento Herodis Innocentum crudelissimi trucidatoris; qui quia infantulis materna subtraxerat vbera eos neci addicens; fame canina, percussus, rabidus atque insanus interijt. Quid ultra? nunquid auarus opum suarum custos atque habendi cupidus quotidiana fame torquetur? Immo sanè. Nam vt inquit Ouidius, Cruciat eum *auri sacra fames*. Fitque vt in medijs thesauris, in opum cumulis fame pereat. Midas (cuius historia vulgaris est, & omnibus nota) cum ab Apolline in hospitalitatis compensationem petijisset vt quicquid contingeret fuluum verteretur in aurum, fame perit cibis ad illius contactum in aurum commutatis.

*Attonitus nouitate mali, diuesque, miserq;
Effugere optat opes, & quae modo voluerat
odit.*

*Copia nulla famem releuat, sitis arida
guttur.*

*Vrit, & inuiso mcrisus torquetur ab
auro.*

Idipsum indicare videntur tùm Psal-
 ista, cùm etiam Sapiens, quorum alter in-
 quit: *Famem patientur, vt canes; Sicut o-* Psal. 58. &
ues in inferno positi sunt mors depascet eos: Al- 48.
 ter autem inquit: *Venter impiorum insatu-* Prouer. 13.
rabilis. & iterum: Qui dat pauperi non indi- Prouerb. 28.
gebit; qui despicit deprecâtem sustinebit penu-
riam. Quod etiã alio in loco attestatur psal-
 tes Regius inquit: *Diuites eguerunt & e-* Psal. 33.
siurierunt. Diues epulo haud dubio in hanc
 vocem coactus erumpet, (qua olim vsus
 fuit impius ille Tyrannus 70. regum subiu-
 gator, qui post diutinam eorum vexatione,
 maximis circumcinctus angustijs inque-
 bat): *Sicut feci ita reddidit mihi Dominus:* Iudic. 5.
 Nam dum Lazaro indigenti atque fameli-
 co etiam ciborum reliquias denegauit, sibi Luc. 16.
 ipsi maximam indigentiã comparauit. Fa-
 bulantur poëta famelicum quendam Tan-
 talum mensæ assidere regiæ, nec vllum ci-
 bum attingere posse. Sit hæc res licet fabu-
 losa; attamen non caret mysterio. Damna-
 namque in inferno in memoriam reducen-
 tes deliciarum suarum magnitudinem fa-
 me maximæ distendentur, & ab Erynnide
 infernali cruciabuntur.

Epulaque ante ora parate

Regifico luxu furiarum maxima, iuxta
Acco-

*Accubat, & manibus prohibet contingere
mensas.*

Leuit. 6.

Isaiæ. 3.

Hæ sunt comminationes quibus Dominus Filios Israel à peccatorum sordibus retrahere nitebatur: *Comeditis & non saturabimini. & alibi, auferam de cibo substantiam.*

Horum miserorum, & infelicium famelicorum postpono indigentiam, ut errorem Calvinistarum reprehendam, qui dum spirituale quid, & phantasticum igne infernalem arbitrantur, in corpora damnatorum famem ingerendo agere posse inficiantur. Verum contra rectæ rationis dictamen hæc omnia fabulantur. Quis enim neget corpus viuum & patibile indigere alimento? atqui corpora damnatorum cum viuant nec vllum suscipiant vel à terra, vel à spiritibus malignis alimentum, quid ni pariter fame crucientur? Isaias dum felicitatem beatorum propalat, infelicitatem haud dubiè damnatorum denunciat, & hoc per argumentum à contrario: dicit autem: *Non esurient neque sitient amplius*, ergò per consequens damnati quorum status longè differt à statu beatorum, fame, & siti continuo torquebuntur. *Ecce (inquit Dominus per Isaiam) serui mei comedent & vos esurietis. Quod si hac in re necessaria sunt Patrum*

Isaiæ. 49.

Apoc. 7.

Cap. 65.

te
re
m
m
ni
fa
C
L
C
riat
in
cis
fen
ho
nu
me
qu

testimonia, vnicum Seraphicum Docto-
rem D. Bonauenturam producam qui inter *Lib. diet. sa*
maximas damnatorum poenas etiam nu- *10. c. 1.*
merat famem & sitim, additque testimo-
nium D. Gregorij dicentis : *Immortales ibi*
fames interficit.



QVIBVS TERRORIBVS
CIRCVMCINGENTVR GV-
LOSI DVM IN IVDICII DIE
saluatoris vox intonuerit : Esuriui &
non dedistis mihi man-
ducare.

CAPVT VI.

QVorundam miror hominum infani-
am, qui momentaneam vitam ita va-
riatis studuerunt sustetare cibarijs. Vtinam
in mentem eorum venisset terribilis Iudi- *Philip. 3.*
cis vox, qua & impietatem redarguet, & *Rom. 16.*
sensualitatis vitium palam faciet ! Vtinam
hoc Heliogabalus intellexisset, qui pau-
num linguis aliarumq; auium genitalibus
men sas sternebat ! Proh dolor ! quo fugient ?
quas terras refugij ; quas sibi mansiones in- *Lamprid. Iul.*
qui- *Capitol.*

Handwritten marginal notes in a cursive script, partially obscured by the binding.

quirent? Quò Mithridates, quò Nero, quò Caligula fugiet, qui pari gula, præmia melius comedenti constituebant? Mensæ haud dubiò cœlestis expertes faciet hos ventres gulosos Deus. Epaminondas cum die quadam milites ad conuiuium conuocasset, videns hominẽ obæsum eum indignum conuiuium iudicans, non sine maxima confusione reiecit à mensa, inquit: Is militiæ cingulo indignus est, cuius ventrem clypeus communis tegere nõ potest. Idem sanè iure optimo dicere potest Altissimus: Is mensa cœlesti priuandus est, qui in vita communi ciborum paucitatẽ cõtentus esse noluit. Quos terræ meatus securos sibi reperient, qui vt gulæ satisfaciant, & terrarum & pelagi infinita stadia percurrunt? Volateranus iure conqueritur his verbis: *Propter breuem gulæ voluptatem, terra lustrantur, & maria; & vt mulsam, vinum, & pretiosus cibus fauces transeat, totius vitæ opera desudamus.* Cum illa vox Iudicis intonuerit quid in vniuersam gulosi facient contra quos Poeta inuehitur? dicens:

Ah miseri! quid nosse iunat, quid Phasidis ales.

Disce

Entrop.

in Comment.

Distet ab hyberna Rhodopes grue, quis magis anser.

Stadius lib. 4. Sylvarum.

Exta ferat: cur Tuscus aper generosior umbro,

Lubrica qua recubent conchilia mollius alga?

Quò miser ille Phago fugiet, qui ut Aureliano Imperatori satisfaceret integrum Aprum cum panibus 100. vnica refectio-
ne deuorauit? Quem locum inter gulosos timidos sibi rapiet Gera Imperator qui per tres dies continuos mensæ assidens quæuis apposita per alphabetum deuorabat? Quanto horrore cingetur Clodius albinus, qui in vnica cæna per concertationem trecentas choncleas, quingentas ficus, centum aues fructusq; multiplices diuersi generis vorauit? Quanto tremore quatiuntur, dum Cæli, terræque ludex voce terribili intonabit: *Esurini & non dedistis mihi manducare.* Quo Phyloxeus ille famosus Poeta (at longè excellentior potator) fugiet, qui ut deliciarum suarum abyssu satisfacere posset, sibi gruis collum imprecabatur quò vini gustum longiori tempore persentiret?

Flau, vopis in vit. Aure

Aelian. li. 10. de varia hist.

Quid miser ille Sanctra faciet, cuius en-
somia vitiorum prædicat Martialis inquit: Lib. 7.

Nid

Stadius
Rhodopes
Phago

32 ESURIENTES PASCERE

Lib. 7.

Senec. lib. de
consol. ad Al
bin.

Sueton. in vit.


*Ni est miserius aut gulosius Sanctra? Quo
Apricius, quò Vitellius quorum alter totū
vitæ suæ studium in adinventione noua-
rum deliciarum impendit; alter etiam car-
nes ab altaribus furripere non verebatur?
Quid vltra horum ingluuiem, recenseam?
parit reuera nauseam non modo eorum
mentio; sed & recordatio, adeò vt cum al-
tero Poëta dicere possim;*

Mihi fœda vitelli.


Intulit ingluuiem, ventrem &c.

Iacob. 5.

Et sanè maximè temporibus nostris do-
lendum est quod frequentissimè in diui-
tum domibus euenire cernimus, qui in cel-
larijs frumenti copiam retinent, & in ne-
cessitatis tempore pauperibus vendere no-
lunt, videant ne in eos cadat illud Apосто-
li: *Thesaurizastis vobis iram in nouissimis die-
bus. Serio pensent, & famis vim pertimes-
cant, aduertētes quanta Misericordes ma-
neant præmia, & quanta immiseri-
cordes mancant sup-
plicia.*



QVA



QVÆ PRÆMIA SIT
RECEPTVRVS MISERICORS
TAM IN HAC VITA QVAM
in altera.

CAPVT VII.

Sacrarum litterarum ingressus viridari-
um, sententiarum variatione decora-
tum, Patrum exemplis exornatum, frequē-
tibus historijs illustre reperio. Vndique sa-
cri flores eloquij vigent, omnium generū
sententiæ inueniuntur ad instar rosarum.
Exemplum præbet Genesis in Abraham & *cap. 18.*
Sara qui pro peregrinorum sustentatione,
pro subcinericij panis largitione, prolis
meruerunt parentes denotari. Præbet & li-
ber regum geminatas mulieres; quarum al-
tera (scilicet Abigail) quoniam Dauidi in- *1. Reg. 25.*
digenti subuenerat Reginæ sublimitatis
decus meruit, altera, (scilicet Sareptana) *3. Reg. 17.*
quia modicum farinae atque olei Prophetæ
tribuerat; nunquam farinae & olei penuri-
am passa est. Insuper filium qui naturæ iu-
ra persoluerat, viuum recipere meruit. An-
fortè de Misericordiæ viro sinistrè opina-
tur

seri
m
ra

E
Quo
totū
oua-
n car-
atur?
eam?
orum
mal-

is do-
diui-
n cel-
n ne-
re no-
osto-
nis die-
mes-
es ma-
eri-

QVA

34 ESURIENTES PASCERE

- Psal. 36.* tur Regius psaltes? Nequaquam: *Iunior sub*
(inquit) etenim senui: & non vidi iustum de-
relictum, nec semen eius quærens panem. Ideo
postea Prouidentia diuinæ prædicans boni-
nitatem subdit: Iacta cogitatum tuum in
Domino & ipse te nutriet. Quæ verba, va-
rijs sacrae scripturæ exemplis apertè com-
probantur: Elias namque impijssimæ le-
zabel persecutionem fugiens, in deserto ab
Angelo sustentatus est. Daniel in lacu leo-
num à Propheta Abacuc, necessaria ad vitæ
sustentationem alimenta recepit. Paulus
Heremita cū Anthonio coruo panem mi-
nistrante tempore longissimo vitam duxe-
runt. Quæ quidem omnia licet verissima
sint, tamen à pluribus blasphema voce im-
pugnantur; de quibus rectè dixit psalmista:
Malè locuti sunt de Deo: dixerunt; nunquid
poterit Deus parare mensam in deserto?
Blasphemantium cauillationes omitta-
mus: Sapiens enim inquit: Non affliget Do-
minus animam iusti fame; quæ verba benè
conueniunt cum verbis psalmistæ. Et iterū
cap. XI. inquit: Alij diuidunt sua & ditiores
sunt, alij rapiunt non sua & semper in egestate
sunt. Addit insuper: Qui pronus est ad Misere-
ricordiam benedicetur, de panibus enim suis
dedit pauperi. Deniq; præmium quasi pol-
licens

licens & ostentans inquit: *de primitijs omnium frugum tuarum da pauperibus, & implebuntur horrea tua saturitate, & cellaria vino redundabunt.* Quod quidem ita euenisse legitur in Patriarcha Ioseph, qui sterilitatis tempore cuique indigenti tribuit sufficienter, nec defuit copia, sed magis abundauit. Bonifacius Ferentinus Episcopus cum annuam penè omnem pauperibus largitus esset, matre ob hoc penè in desperationem acta impatientia; prostratus in oratione de Dei Misericordia confidens, qui singulari prouidentia Misericordibus subuenit, Matricellaria repleta demonstrat; quod propter abundantiam solito maiorem compuncta, & ad liberalitatem ex multiplicatione frumenti prouocata, filium ad opera Misericordiae, alias tenax, tunc verò liberalis, excitabat. Quid dicat Propheta Isaias de Misericordiam premio audiamus: Cum effuderis esurienti animam tuam, & animam afflictam repleueris, orietur in tenebris lux tua, & tenebrae tuae erunt sicut meridies: & requiem dabit tibi Dominus Deus tuus semper, & implebit splendoribus animam tuam, & ossa tua liberabit: & eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum cuius non deficient aquae. Et paulo antè. Tunc erum-

Proverb. 3.

Genes. 41.

D. Greg. lib.

1. Dialog. c. 9.

cap. 58.

R a pes

pet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur; Et anteibit faciem tuam iustitia tua, & gloria Domini colliget te, &c.

Matth. 5.

Luc. 22.

Luc. 16.

Apoc. 13.

Apoc. 21.

Sup. Matth.

Mirandum profectò diuinæ promissionis sacramentum! *Ipsi* (inquit) *saturabuntur!* vbi? In superna illa Ciuitate, in Regno diuinæ Sapientiæ: Hoc indicat ipse Christus cum discipulorum animos ad celestia contemplanda eleuans dixit: *Ego dispono vobis, sicut disposuit mihi pater regnū, vt edatis & bibatis super mensam in regno meo.* Huic mensæ assidebat Lazarus pauper, dum ab eo diues epulo guttulam aquæ flagitaret, nec impetrare valeret. In hac mensa ponitur in edulium caro illa diuinæ charitatis incendio in patibulo crucis affata: In hac mensa constituetur caro agni occisi ab initio mundi, in se continens sicut in Israelitico Manna omnis desideratæ dulcedinis saporem. In hac mensa *mors ultra non erit* quemadmodum in funesto conuiuio Absalon. In hac mēsa omnia sanctorum complebuntur desideria, largitate (vt inquit Dominus Ioannes Chrysostr) remunerantis Dei, quæ maiora erunt Dei præmia, quam sanctorum desideria. In hac mensa *Misericordes non esurient, neque sitient amplius.* Verùm quod fieri potest vt sancti non esuriant neque sitiant

stant amplius, cum ipsa sapientia de se lo-
quens dicat: *Qui edunt me, adhuc esurient, &
qui bibunt me adhuc sitiunt?* Quis in his sen-
tentijs contrarietatem non miretur? Si pri-
ma facie propositiones spectentur contra-
riæ videbuntur; at verò si earum sensus in-
uestigentur, non contrarietas, sed mysteri-
um elucidabitur. Fames namque pro satie-
tate atque desiderij satisfactione sumitur,
significatque omnium desideriorum com-
plementum, quod quidem quoniam suaue
est, per se appetibile est, ideoque quod fa-
mes in corpore; hoc in anima gignit & pro-
curat. Talis fames in glorificatis sanctorum
corporibus est, quæ non stomachum rodit,
sed quæ in diuinæ faciei contemplatione
exardescat. Vti enim vinum bonum sitim
extinguit, & sui maius in appetitu desideri-
um relinquit: ita visio diuina Sanctis satis-
facit, nec tamen desiderium videndi ab eis
tollit, nam vehementior fit oculus aman-
tis, ex continua cōtemplatione rei iam du-
dum amate. Exardescat iam animus ad pro-
missa, siquidem ultra promissa etiam Mife-
ricordium corpora, accidentalis gloria ac-
cedit. Quod ex Osuualdi Regis exemplo
perspicuum est; cuius nec brachium, nec
manus (quoniam misericors fuerat) cor-


Eccles. 24.

V. Bedahist.
Anglic. lib.
2. c. 6.

38 **ESURIENTES PASCERE**

ruptioni post mortem subiecta fuit. Huius autem ratio ex diuina dependet iustitia : Nam sicuti hominū prauorum corpora diuina sic ordināte iustitia per ea torquentur per quæ peccauerunt: sic etiam diuina prouidente iustitia, ordinatissimum fuit, vt in eis membris homo glorificetur, per quæ, non solum se Dei amicum præbuit, sed & salutis media sibi comparauit. Vnde narrat Petrus Crespette nobilem quandam Dominam charitatis maximè operibus addictam, longo post mortem intervallo incorruptam extitisse. Cuius cum sepulchrum aperiretur, suauissimos locofœtoris exhalabat odores. Vt igitur tantæ gloriæ participes efficiamini ò diuites diuidite quæ vestra sunt, & multiplicabuntur, aliena relinquite, ne vestra pereant, date libenter & liberaliter, vt manus munificæ Saluatoris in Cœna agni, carnes exhibeat charitatis, carnes inquam salutiferas.
& delicias omnes regni
cœlestis.

In malo gradato.



QVOD PAUPERES
 CONFIDENTIAM IN DIVINA
 MISERICORDIA HABERE DE-
 beant exhortatione huius versicu-
 li: *Iacta in Deo cogitatum tu-
 um &c.*

CAPVT VIII.

POSTquam diuitum, Misericordiumque
 omnium præmia demonstravi, superest
 vt pauperum impatientiæ medear, qui ple-
 ramq; penuriam non sustinentes impati-
 tiæ furia torquentur, & insanientib⁹ simili-
 mi exhibentur. Quod si psalmistæ vocē at-
 tenderent quæ eos exhortatur: *Iacta in*
Domino cogitarum & ipse te enutriet, reue-
 ra paciētiæ toga circumdati penuriã maiori
 cum alacritate tolerarent. vt quid vitæ sibi
 alimenta defutura vereatur, cui confiden-
 tiæ verbum datum est? *Iacta* inquit, non
 desperando, sed in prouidentia diuinæ bo-
 nitate confidendo. Quid insuper, an friuo-
 lam putas fore confidentiam? quia *iactasti*,
 causam sequitur effectus, *ipse te enutriet*. E-
 nutriet vt mater, nõ ad instar nouercæ, sed
 ad instar genitricis ppriæ. Recedit genetrix.

Psal. 54.

R 4 à pue-

40 ESURIENTES PASCERE

à puero lactente? vix ad tres passus progreditur, vix umbra corpus sequitur, quin ipsa pede verso ad eum regreditur & indigenti filiolo vbera præbet, vt sufficientia vitæ extrahat alimenta. Quod autem ad instar matris erga nos sese habeat ipse per Prophetam testatur: *Nunquid obliuisci potest mulier infantem suum vt non misereatur filio utri sui? Et si illa oblita fuerit; ego tamen non obliuiscar tui.* Insuper quemadmodum Mater filium nutriens secum aliquantulum panis deportat quò filioli sui famē sedet, ita Dominus Deus indigentibus filijs semper cibum parat ne fame pereant. Vnde scriptura munificentiam omnipotentis aperiens variè varijs in locis exclamat, nunc circa bestias prouidentiam aduertens inquit: *producens fœnum iumentis*: nunc syluestrium animantium curam prospiciens, ait: *Catuli Leonum rugientes &c. vt quarant à Deo escam sibi.* Denique vniuersalem prouidentiam diuinæ bonitatis admirans tum erga pisces maris & volucres cœli, cùm erga cœtera creata, succlamat: *Omnia à te expectant vt des illis escam in tempore*: Satisfactionem autem factam cuique innuens subdit: *Aperis tu manum tuam & implebis omne animal benedictione.* Cibumne igitur benedictionem

Isaie 49.

Psal. 103.

Ibid.

Psal. 144.

nem nuncupabimus? Ita sanè vel quia quicquid à Deo procedit benedictio est, vel quia benedictum est, & hominem multis benedictionum cumulis replet. Quod autem inquit psaltes: *Aperis tu manum tuam,* denotat inde officiū tum Prælati tum Domini temporalis qui in hora prandij congregatis in limine domus pauperibus, liberalem aperire manum debent vt inde pauperes omnes sustententur, & animæ eorū benedictionibus impleantur. In hac sententia totius vniuersi mendicationem censet denotari Franciscus Hernando, de Santiago. Pontifex namque tyaram offert vt victualia recipiat: Imperator Regesq; ceteri coronas deponunt necessaria vitæ à Domino exposcentes. Episcopi nec non Abbates mitram pedumque pastorale demittunt & incuruant vt alimēta recipiant, nec desunt inter hos; in huius vniuersæ mendicationis teatro bestiolarū, nam Deus etiam quotidianam subministrat alimoniā pullis coruorum inuocantibus eum. Quod si fortè Misericordissimæ prouidentix solitam subtraheret munificentiam Omnipotens Deus, quæ indè confusio oreretur? *auertente te faciem, turbabuntur.* Gaudium *Psal. 46.* & exultatio est in alimentorum ministrations,

R 5

seri
india
ra

42 ESURIENTES PASCERE

tione, luctus autem & desolatio in facie
tuâ subtractione. Si respicis, stabit utique
pauper & inops, diues & indigens, si despi-
cis proh dolor! quis sustinebit?

Nunquid poterit non misereri Deus?
Panis propositionis, olim, panes faciei di-
cti, sunt, propter sollicitudinem quam ge-
rit de mortalibus, hos asseruari iusserat, ut
Dauidi indigenti, puerisque illius tribue-
rentur; nunc autem & quotidianum ô Do-
mine terræ fructum ante faciem habes ut
eum indigentibus hominibus largiaris. Ut
quid vereatur qui indiget? Huic priori Mi-
sericordiæ operi finem imponam, paupe-
rem cum psalmista Regio exhortans: *lacta*
cogitatum tuum in Domino, & ipse te enutri-
et. non solum in ciborum largitione, sed
etiam in potus amplissima subministratio-
ne, de quâ infra, dicendum nobis est.



DE

DE SECUN-
DO MISERICOR-
DIÆ OPERE.


SI quis amore Dei gelidam si-
tientibus undam.

Porrigit, extinguet flammantē
numinis iram.

Deinde & inexhaustos super au-
rea sydera fontes.

Ac fluuios bibet omni genum
sine fine bonorum.

QVOD



QVOD HÆC VERBA
SALVATORIS: SITIVI ET NON

DEDISTIS MIHI BIBERE,
possint spiritualiter & corpo-
raliter intelligi.

CAPVT IX.

DVplicem horum verborum reperio interpretationem. Sitiuit enim Dominus & in membris, & in persona propria. Sitim in membris patitur, dum pauperi sitiienti calix aquæ frigidæ denegatur. Talem sitim passus est cum Sampson interfectis mille viris in mandibula asini exclamaret ad Dominum & diceret: *Tu dedisti in manu serui tui salutem hanc maximam atque victoriam & ensiti morior, incidamque in manus incircumcisorum.* Sitebat etiam in membris cum Dauid æstuante iam sole, deficientibusque præ lassitudine viribus exclamaret: *Si quis mihi daret potum aqua de cisterna quæ est Bethlehem.* Patiebatur insuper sitim in membris suis, cum Propheta Isaias sectus per medium iussu impijssimi tyranni præ siti deficere videretur. In corpore

Judic. 15.

2. Reg. 23.

pore proprio sitiuit Dominus cum exhau-
 sto omni sanguine in ara crucis postremum
 humani generis pretium persolueret, dixit
 namque: *Sitio!* Fierine potuit vt omnium
 creator & opifex, qui in principio Mundi
 diuiserat aquas quæ erant sub firmamen- *Genes. 1.*
 to, ab his quæ erant super firmamentum,
 siti premeretur? Ergone sitim patitur qui
 imperat aquis vt producant omne reptile
 animæ viuientis, & volatile super terram?
 Qui catharactas cœli expandit in diluuiio *Genes. 7.*
 dicere nẽ potuit: *Sitio?* Ipse qui irrigat a-
 quis vniuersa; qui ligat aquas in nubibus; *Iob. 5. 26.*
 qui aquas appendit in mensura; sitinẽ pre- *28.*
 mi potuit? Qui super aquas multas est, &
 conuertit aquas in sanguinem, quique fir-
 mauit terram super aquas, in cruce sitis ar- *Psal. 28. 135.*
 dorem tolerat? Is qui legem ponit aquis ne *148.*
 transgrediantur fines suos, quique abun- *Prouerb. 8.*
 danter effundit aquas super sitientes, siti in *Isaiæ. 44.*
 extremo vitæ articulo moritur? En clamat
 in templo: *si quis sitit veniat ad me & bibat;* *Ioan. 7.*
 & nunc defectum aquæ patitur in ligno?
 Sitebat reuera tum propter sanguinis pre-
 tiosi copiosam effusionem, tum propter ar-
 tus lassatos in conuenticulorum varia cir-
 cumductione, tum denique quia ab vltima
 cœna in qua sobriè admodum biberat, re-
 frige-

frigerij nihil acceperat. Sitio inquit: iam
 defecit in me spiritus meus, vires iam cor-
 poris emarcuere, præ diutina flagellorum
 contusione: defecit sanguis, nihil refrigerij
 suscepi, ideoque *Sitio*? Nec dubiũ est quin
 doloris mater, filij cõpassione permota in
 huiusmodi suspiria erumperet: O infaustũ
 infœlixq; lignum in quo tãta premeris siti
 dilecte mi! vtinã vtinã mihi daretur vt sal-
 tem sanguinis dimidiũ tibi largiri possem!
 vtinã lacte virgineo sitim extinguere, atq;
 morbosos artus refouere valerẽ! vtinã fon-
 tes lachrymarũ ab oculis profluentes refri-
 gerium aliquod arenti palato atq; sitienti
 ori præstarent! His & similibus lamentis vt
 reor utebatur. Virgo benignissima, dũ salu-
 ti ferum illud animarũ nostrar refrigeriũ:
Sitio intellexit. Salutiferũ dico *Sitio*, non e-
 nim adeo corporaliter sitiebat vt sitis ardo-
 rem tolerare non posset: sed salutẽ anima-
 rum dum exoptat, sitim spiritalẽ corporali
 connectens doloris magnitudinem inge-
 minat. Sitebat naturali modo propter ex-
 haustum sanguinẽ, sed sitim augebat, dum
 supernaturali misericordia nostrarũ cupie-
 bat animarum salutẽ. Nec tamẽ erat (quod
 dolendum est) qui daret ei bibere. Nã cru-
 delissimi, atq; ferocietẽs agni mitissimi la-
 niones, p vino obtulerunt acetũ. Vnde iure
 opti

optimo eis improperebit Dñs: *Situi & non dedistis mihi bibere.* Ah! quoties sitit adhuc Dñs; quoties animæ siti premitur, dñ quosque nostrū ad pœnitentiam, vitæq; emendationē prouocat! Quoties illud dicet peccatoribus: *Situi*, cordis compunctionem, virtutū exercitia, atque bonorum operum multiplicationē, sed non dedistis mihi bibere! Sitiui vt gratiam meam tibi copiose largirer, vt te patri reconciliarem, vt regni cœlestis coheredem, sanctorumque conciuem efficere, sed obturasti aurē tuam, nec dedisti mihi bibere, salutare inspirationes contemnendo, gratiamque meam à te repellendo. Non sic non sic Augustinus qui in amoris diuini incendio sublimatus, illud admirandum *Sitio* aduertens, exclamat: *Quid sitis Domine Iesu, vinum de vite, an aquam de flumine?* Absit, absit vt siti premaris huiusmodi; absit vt indigentia priorum patiaris elementorum. Alia longè sitis est quā humanus nescit intellectus. *Sitis tua, salus mea.* Eadem penè voce Saluatorem alloquitur Mellifluus Doctor inquitens: *O Domine quid sitis?* vocē quidem tuā in cruce pendentis admiror, sed quò tendat obstupeo. Respondet autem sub nomine saluatoris. *Fidem vestram, salutē vestram, gaudiū vestrū.* fides saluatori sitim puocat, salus.

Hom. 23.

Serm. 114. de tempore.

salus auget, at verò gaudium nostrum sitis
 extremæ complementū est. Tu igitur pec-
 cator qui Saluatorē tantæ salutis com-
 modique proprij siti premi vides, excitare
 in amorem, in compunctionem cordis, in
 vitæ emendationem, vt valeas assequi gau-
 dium regni cœlestis. Vt quid torpet animus
 in terrenis fordibus delitescens? Iuuet, iam
 sequi Christum; iam iuuet cum psalmista
 ex cordis penetralibus Domino decantare:

Psal. 41.


*Sicut desiderat Cervus ad fontes aquarum; ita
 desiderat anima mea ad te Deus.* Venantur
 animam meam Mundus, caro, cerberusq;
 infernalis, ideoque iam anhelat, iam sitit,
 refrigerium salutis, iam currit & properat
 ad fontē aquæ viuæ salientis in vitam æter-
 nam, cuius vnicus haustus Samaritanæ sitim
 extinxit. Properat inquam nunc & clamat:

Ioan: 4.

Psal. 41.

Sitiuit anima mea ad Deum fontem viuam.
 Sitit anima pretium redēptionis, sitit gra-
 tiam, sitit gloriam, quæ mihi tribue-
 tur cum diuinæ visum fuerit

Bonitati.





DE MISERIA INCLITORVM POTATORVM CVM

IN EXTREMO IVDICIO

Deus sitim exprobrabit.

CAPVT X.

CONFITEBITUR in tremendo illo iudicio
 Christus sitim vehementissimam tum
 in membris suis, tum in corpore proprio se
 passum; nunquid autem potatores quoti-
 dianam artem potitadi (ne dicam pocillandi)
 primum in hac arte magisterium ventilla-
 bunt? Nunquid quia cyphos euacuare, va-
 sa, vtresque exhaurire nouerunt, horren-
 dam euadere poterunt sententiam? Quam
 pudendum detestandumque est homini, vt
 se bruto, irrationalique animali assimilet.
 lactitabat olim apud Aristippum potator
 insignis, sine ebrietate se plurimum bibe-
 re, sed similitudine sumpta, hominem be-
 stialis confusio secuta est. Aristippus nam- *In Apophth.*
 que lepidè admodum subiunxit: Et meus
 quoque sine ebrietate multū potat asinus.
 Qui quidē Philosophus haud dubiè mul-

S tos

Handwritten marginal notes in a cursive script, partially obscured by the book's binding.

*Isaie. 5.**na. 11. 11. 11.**na. 11. 11. 11.**na. 11. 11. 11.**In apothep.**na. 11. 11. 11.**Ester. 1.**na. 11. 11. 11.*

tos confundet Catholicos, qui omne studium, omnemque operam dant in sola poculorum euacuatione, & ventris ingluvie. Nam de eis scriptum est: *Vae vobis qui potentes estis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miscendam ebrietatem.* In eos enim terribilis illa improperatio fulminabitur: *Sitivi & non dedistis mihi bibere,* quæ tamen æquissima est. Ut quid enim se iactet de frenesivolutaria, quæ corporis & mentis sensus corrumpit? Ut quid per vim impellant confocios ad tot poculorum euacuationem? In eos insurget Diogenes qui conuiuio cuida assistens cū ad exhauriēdos cyphos premeretur, vinum cum cyphis sub mensa proiebat. Vnde interrogatus cur id faceret respondit, malo vinū pateramq; perdere, quā rectæ rationis vsum per ebrietatē à me ablegare. Dum enim vinum ita bibitis, iam nō prodest, sed officit; quod si modicè sobrièq; sumeritis, nec vos, nec vinum perderitis. Horū sanè intemperantiā confundet Rex Assuerus, qui in opulentissimo, splendidissimoque conuiuio, inhibuerat ne quis abibendum cogereatur, sed præceperat vt vnusquisq; secundum suam ætatem biberet. Quem tunc sibi locū salutis inquireret Diotymus Atheniensis, quæ pro intemperantia

na, infatiabiliq; bibendi appetitu vulgares
infundibulū nuncupabant? Hic Infundibu-
lo ori appposito, tantum vini sumebat, quā-
tum indè fluere poterat. Quem inueniet
Phago? qui vini tantum hauriebat quan-
tum Cethe grandia aquæ sumere possunt.
Quem Tiberius cæsar qui propter infatia-
bilem bibendi appetitum Biberius dictus
est, quiq; duobus diebus incessanter com-
messationibus insistebat. Quo miseri illi
fugient qui pretium assignant melius poti-
tantibus? Quo se Bonofus intemperantiæ
monstrū abscondet, de quo loquens Aure-
lius natū dicebat, non vt viveret, sed vt bi-
beret; de quo insuper cū strangulatus esset
communè ferebatur adagium, non homi-
nem mortuum sed vini vas? Tunc Diony-
sius Tyrannus dicet montibus, cadite su-
per me; qui mensibus tribus continuis e-
brietati insistebat.

Quid miseri Romani facient, qui in pub-
licis conuiujs suarum amicarum sanitatem
bibentes tot cyphos ebibebant quod in ea-
rum nominibus litteræ inueniebantur, vt
narrat martialis in Epigrammatibus suis his
versibus.

Gellia sex cyathis, septem Iustina, biba-

Vopisc. in vit. Aurel.

Sueton. in Tiber.

Vopisc. in Bonof.

Epigram. 33.

S 2 *Quin-*

Epigram. 33.

*Quinque Lycas, Lyde quatuor, Idatri-
bus.*

Quid miseri hodierni potatores facient
qui vt Principum gratiam in fanitatibus e-
bibendis sibi concilient, Dei indignatione
incurrunt? quibus pœnis proh dolor! affi-
cientur? has sequenti capitulo referam. Pa-
trem Misericordiæ rogabo cum psalmista
dicens: *Domine in chamo & freno maxillas
eorum constringe* ne propter intemperanti-
am & ebrietates quotidianas in æternum
crucientur, *nam sepulchrum patens est guttur
eorum*, non sepulchrum, quod vis cadaver
recipiens, sed sepulchrum omnis vini dul-
cedinem deglutiens, ideoque maxillas eo-
rum constringe.

QVIBVS POENIS AF-
FICIENTVR QVISITI PRES-
SIS LATICIS HAVSTVM
denegauerint.

CAPVT XI.

Licet illa diuinæ maiestatis horrenda
sententia pœnam sufficientem incute-
re possit: *Ite maledicti in ignem æternum &c.*
atta-

attamen diuina sic ordinante iustitia maio-
 ra grauioraque patientur in suis corpori-
 bus supplicia. Hi namque qui vrgente im-
 pietate sitientibus Lymphæ hauustum de-
 negauerint, extrema prementur siti. Sitiim
 patientur vt canes, Quod etiam Dominus
 per Prophetam suum aperte indicauit in-
 quiens : *Serui mei bibent, & vos sitietis*: Id *Isai. c. 65.*
 ipsum testatur Ioannes Apostolus in Apo-
 calipsi dicens : *Commanducauerunt linguas* *Apo. 16.*
pro dolore. Sitient non vt humani, sitient nõ
 ad modicum tempus, sed rabiem patientur
 in extrema siti positi.

Seraphicus Doctor D. Bonauentura di-
 cit damnatos in inferno siti mori, nec ta-
 men mortem succedere, idque quia tanta
 est, & spiritualium corporaliumque bono-
 rum indigentia, vt diues epulo sitibondæ
 linquæ guttulæ dumtaxat refrigerium ob-
 tinere non potuerit. Instat, precatur, obse-
 cratur Patrem Abraham vt intinctum aque
 digitum arenti linquæ superponat; sed iu-
 sto Dei iudicio, qui cyphum aquæ indigen-
 ti Lazaro denegauerat, etiam guttula aquæ
 priuatur. Huius ego persæpe vobis exem-
 plum ob oculos pono, vt huius conditio-
 nem pessimam considerantes, pauperibus
 pro posse libenter subueniatis. *Fælix enim*

S 3 quæ

quem faciunt aliena pericula cautum. Et in hoc quidem me ad instar bonæ matris habeo quæ filium ad supplicij locum deducit, vt exemplo latronis suspendendi permotus à furtis caueat, & malorum consortia deuitet. Languet Lazarus in hac vita, sitimque quanta potest cum patientia tolerat; languet in inferno positus diues epulo, & sitim quantis potest cum execrationibus atque blasphemijs inuitus sustinet. Similium, infortunium atque calamitatem indicat D. Augustinus dum ait: *Va illis quibus preparabitur dolor flammarum sitis sine potu.* Potus quidem erit, non refrigerans, sed maiorem sitim excitans. Potus erit, non voluntarius sed quem Diabolis ministrantibus miserrimi inuiti sumere cogentur.

Solyloq. c. 3.

Petrus de Paul. in thezau-
ro hom.
Petr. Canis.
lib. 5. c. 20.

Deuter. 32.

Psal. 10.

Qualem visus est reuemente stomacho in inferno bibere *Vdo*, cui toties viuenti hæc cœlica vox frustra insonuerat: *Satis iussisti Vdo, meum est ludere.* Talem eis propinat calicem legislator Moyses inquit: *Vua eorum, vua fellis, & botrus amarissimus, fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile.* Sed qualem offerat David audiamus: *Ignis, sulphur, & Spiritus procellarum, pars calicis eorum.* Utinam huiusce sulphurei potus recordatio, cordis hominum

num penetraret intima, vt animi saltem in potus miserimi execratione à sæcularibus delicijs abstraherentur! Aliud tormentum quò maximè torquebuntur animæ damnatorum, est, quod à calore nimio trahentur ad frigus intensissimum, nec tamen eis licebit ex eis aquis vel minimum sumere refrigerium. Horum miseriam in Tantalo descripsisse videntur antiqui, qui de eo hos versus posuerunt:

*Quærit aquas in aquis, & poma fugacia
capit.*

Tantalus, hoc illi lingua (gulosæ) dedit.

Quam ego miseriam asperrimam arbitror, siquidem in aquis quotidie existentes, omnis refrigerij spe fraudantur.

**QVANTA SIT IN SITI
VEHEMENTIA, ET QVOD**

OB EIUS MALVM HOMO

debeat sitienti subue-

nire.

CAPVT XII.

VEsana fortassis quispiam Caluini
S 4 infec-

infertus doctrina, sitim damnatorum ore blasphemus dicet esse metaphoricam & fictitiam, quam quidem blasphemiam longum foret hac enarratione exagitare, ideoque omittendum esse censui. Sufficiet etenim eis (si æternæ sitis apprehensio eos non mouet) saltem huius corporalis sitis vehementia, & malum. Quod quidem tantum est, ut cœtera omnia mala huiusce vitæ superet, & excedat. Fames equidem grande malum est; at sitis, multis hanc calamitatem excellit spatijs, dum lingua faucibus hærens, palato exsiccato, humore radicali sublato, viribus corporis exhaustis, arente stomacho, homo nec verbum eloqui, nec pedem figere valet. Hoc in Sisara duce strenuissimo compertum est, qui fuga sibi salutem sortiens, non cibum quærit, sed potum sibi flagitat à Iahel tribui. Hoc malum, filios Israël in deserto in murmurationem induxit, tum contra Deum, tum etiam contra seruum Dei Moysen. Siti pressus Dominus noster aquam sibi postulat à Samaritana. Denique quotidiana id patet experientia, quod etiam ratione comprobatur. Nam in potu sine labore maiorem recipimus delectationem, quam in cibi sumptione. Masticari cibum necesse est, antequam

3 Reg. 23.

Num. 20.

IOAN. 4.

ad stomachum dimittatur, potus verò cum maxima suauitate ad stomachum deuolutus, per omnes corporis arentis partes diffluit. Quæ quidē suauitas, sed (vt melius loquar) indigentia nec in ipso mortis articulo obliuioni datur. Quilibet enim etiam in agonia constitutus, licet famem non patitur, sitibundum se tamen gestibus & nutibus plerumque demonstrat. Neque vidisse me, memini, hominem adeò decrepitum, aut adeò rugatam anum, quæ licet manducare non possit, vinum tamen, aut alium quemuis liquorem epotare nō valeat: Huius infirmitatis atq; indigentiaē vehementiam attentē considerans Ecclesia, sancto afflata Spiritu, determinato quem in ieiunij cibo vteremur, indeterminatum potum reliquit. Nec ad vnum haustum duosue, huius necessitatem adstrinxit, sed pro necessitate, potus sumptionem liberam reliquit. Quod sanè cum maximâ solertiâ factum est. Nam vt censet Philosophus maiorem pati non posset homo sitiens dolorem, quàm cum arenti palato aquæ haustus denegatur. Doloremne dixisse nefas est? Immo & inter maxima suppliciorum genera adscribi posse dixerim. Dionysius siquidem Tyrannus Siciliae Rex hunc in modum

S § dum

dum de inimicis suis sumebat vltionē. Sal-
 sissima quæque offerebat cibaria, nec aquæ,
 vel vini modicam permittebat sumptionē.
 Huius doloris vehementiam in se expertus
 fuit Dominus, cum in cruce pendens que-
 rula voce exclamaret: *Sitio. O bone Iesu* (in-
 quit Bernardus) *coronam spineam sustinens,*
de tua cruce non doles, de vulneribus tuis races,
& pro sola siti clamas: Sitio! Cum igitur tan-
 ta sit huius sitis vehementia; cur nos Chri-
 stiani Tygride, vel saxo duriores haustum
 vel lymphæ, vel vini pauperibus sitibundis
 denegamus? Alieni prorsus sunt, à concilio
 Sapientis dicētis: Da potum tristibus & vi-
 num ijs qui amaro sunt corde, vt bibant, &
 obliuiscantur paupertatis suæ, & iam non
 meminerint dolorum suorum.

Proh dolor! quanta est humani crudeli-
 tas animi, cum indigenti sitibundo denega-
 tur cyphus aquæ. Saxo profectò durior est
 quisquis is est, & vtinam æternæ sitis vehe-
 mentiam sibi semper ob oculos poneret.
 Petra in deserto percussâ virgâ Moyfi co-
 piosas produxit aquas; & Christianorum a-
 nimi compassionis virga percussi duriores
 cilice denegant potum indigentibus! Vide-
 ant, ne in eorum caput vertatur ira Dei di-
 centis: *Sitini & non dedistis mihi bibere.*

QVAN



QUANTA PROEMIA
SINT RECEPTVRI, II, QVISI-
TIENTIBVS POTVM
dederint.

CAPVT XIII.

SI præmiorum quæ te secutura sunt ma-
gnitudinem expetis agnoscere, id sanè
ò misericors tum ex scripturis, tum ab ex-
emplis, tum denique ex suppliciorum quæ
immisericordes manent grauitate poteris
contemplari: idq; tanto melius atque per-
fectius, quanto *opposita iuxta se posita magis
elucescunt.* Salomon eorum partem decla-
rat dum abundantiam temporalium inter
præmiorum amplitudines constituit. Ait
enim *Vino torcularia tua redundabunt.* *Prouerb. 3.*

Quod, non vanum friuolumq; experta
est Sancta Luduina virgo, quæ cū ex cha-
ritatis incendio vinum omne indigēti mu-
lieri tribuisset, ipsa febricitans, atque sitis
maximæ ardorem patiens, phialam sibi (im- *San: 14.*
memor donationis) à patre tribui postula- *Aprilis.*
uit; quam vino optimo repletam inuenit.
Cle-

*Pedagog. lib.
5, cap. 7.*

Clemens Alexandrinus, volens tenaces ad largitatem erga pauperes inuitare, duabus similitudinibus id conatur persuadere: *quemadmodum quicumque putei scaturiunt, exhausti in pristinam mensuram reuertuntur sic, largitio (qua est fons bonus pietatis) potum sitientibus communicans rursus augetur & repletur; quemadmodum ad vbera lac solet accedere.* Quod quidem præmium quia leue & exiguum videtur leuiter prætereo. Maiora namque sunt quæ à Domino, & à Prophetis promittuntur. Psalmista horum præmiorum impiger præco inquit: *Inebriabuntur ab ubertate domus Dei, & torrente voluptatis tue potabis eos, qui in diuitijs huius sæculi nõ luxuriati, sed misericordes fuerint.*

Psal. 31.

Isaie. 12.

Cantic. 5.

Psal. 74.

Cap. 25.

Quibus etiam per Angelos dicitur: *Haurietis aquas cum gaudio de fontibus saluatoris.* Saluator autem & beatarum animarum sponsus, inquit. *Bibite & inebriamini charissimi.* Nec mirum si eis mustum præbet Dominus; quia ij sitientibus vinum, vel potum qualemcumque tribuerunt. *Calix in manu Domini (inquit psalmista) vini meri plenus mixto.* Esaiam ratiocinantem audiamus. *Et faciet Dominus exercituum omnibus populis (electis) in monte hoc, conuiuium pinguium, conuiuium vindemiae, conuiuium*
pin-

quum medullatorum, vindemia defecata.
 Tunc anima beata nuptiarum agni sponsa,
 tota formosa & pulchra consodalibus cum
 exultatione dicet: *Introduxit me Rex in cel-*
laria sua, exultabimus & letabimur in te me-
mores vberum tuorum super vinum. Iure præ-
 fert, vbera vino, nam *meliora sunt vbera tua*
 vino. Isaias autem beatos ad vbera sponsi
 ferendos esse dicit: *ad vbera portabimini*, vt
 inde fugant diuinarum consolationum re-
 frigeria, & in omni beatitudinis statu glo-
 rientur.

Cantic. 2^o

Cantic. 5.

Cap. 66.

Quanta felicitas! quanta diuine boni-
 tatis elucebit magnitudo, dum beati non
 secus ac infantes, saluatoris vberibus ap-
 pensis, diuinitatis, atque omnimodæ gloriæ
 lac sugent! mirum erat vinum illud quod
 in vltima cœna suis propinabat discipu-
 lis; verum illud ipsum in cœlesti patri re-
 promissit electis: dicens: *amodo non bibam*
de hoc genere vitis, vsque in diem illum, cū
bibam illud in regno Patris mei. Illud est vi-
 num, quo repleti Apostoli, ab Infidelibus
 Iudæis, musto madere putabantur. Illud est
 vinum quod Virginum corda lætificat! Il-
 lud vinum, cuius cū gustasset suauitatem li-
 cet modicam Apostolus Petrus; eū in hanc
 vocem erumpere fecit: *Domine bonum est*

Marc. 14.

Act. 2.


Zachar. 9.

Math. 7. &
Matci. 9.

nos hic esse: faciamus tria tabernacula, Tibi
vnum, Moysi vnum, & Helie vnum. Huius
vini excellentiam, gloriæque magnitudinē
expertus Apostolus Paulus, cum in extasi,
arcana Dei esset contemplatus, aiebat: *Cu-
pio dissolui & esse cum Christo*, idque vt tanta
consolationis vinum, nouum in regno Dei
epotaret. Hoc vt reor vino inebriatus erat
B. Stephanus, cui in lapidatione (vt canit
Ecclesia) lapides torrētis dulces fuere: Ine-
briati erant & alij martyres, qui vt diuinæ
consolationis multum consequerentur ad
martyrium properabant, contemnentēs
iussa principum, aulasque regias. Quis tan-
tis auditis præmijs, in illorum amorem non
feratur? Quis modò pauperes despiciat,
quorum ratione tanta præmia pollicetur?
Quis libenti animo haustum aquæ paupe-
ri non tribuat, vt gaudium sine fine duratur-
um consequatur? vnicum dico ijs qui

illa gaudia sectantur: *Dare &*

dabitur vobis.



QVOD

QVOD AQVÆ HAV-
STVS PROPTER DEI AMO-
REM PAVPERI DATVS,
non sit mercede caritu-
rus.

CAPVT XIV.

SI profanarum historiarū annales reuol-
uamus Reges plurimos reperiemus qui
ob acceptum aquæ cyphum maxima præ-
mia, rependerunt. Artaxerxes aquæ semel
cyphum accepit, summam patiens sitim,
ne cis qui putridum propinarat potum, sua
mercede vacauit. Simile est q̄ de Dario re-
ferunt historiographi: qui ab inimicis suis
insecutus, tanta cū voluptate aquā fœtentē
epotauit, vt deliciarū omnium oblitus, po-
tum vnquam gratiorē se gustasse negaret.
Quod cū ita sit in regibus terrenis atq; bar-
baris; quis in cœlesti rege idem futurum
ambigat? Spondet, promittit, atque pol-
licetur abundanter se illi redditurum, qui
pro honore ipsius haustum lymphę paupe-
ri indigenti propinauerit. Hæc propria il-
lius verba sunt: *Quisquis enim potū dederit
vobis*

*Cic. lib. 5.
Tuscul.*

64^l POTVM DARE SITIEN.

Marc. 9.

vobis calicē aquae frigidae in nomine meo, quia Christi estis, amen dico vobis non perdet mercedem suam. Plura adijcit alio in loco dicēs

Matth. 10.

Quicumque potum dederit uni ex minimis istis calicem aquae frigidae, tantum in nomine discipuli, amen dico vobis non perdet mercedē suam. Insuper & mulieri Samaritanæ pro

Iohannis. 4.

aquæ dumtaxat hauistū, fontem aquæ viuæ promittit, salientem in vitam æternam. Venit (inquit textus) mulier haurire aquā. Et ait illi Iesus: Da mihi bibere. Quæ cum longioribus verbis moras protraheret, differretque postulanti petita tribuere, dixit illi Dominus: Si scires donum Dei, & quis esset qui dicit tibi da mihi bibere, tu forsitan petisses ab eo, & dedisset tibi aquam viuam. Et sanè non modo promittit aquam largientibus, aquæ viuæ fontem; sed vini optimi & delicias & abundantiam. Contra verò eos maxime redarguet atque reprehendet, qui indigentibus membris suis, aquam, que nullius est momenti recusauerint. Quod liquido constabit, si in memoriam reuocemus quomodo Christus Simonem laprosū increpauerit, eo quod intranti sibi in domum suam, aquam pedibus non tribuerit. Nam formando argumentum à minori ad maius, si Dominus tanta usus est incre-

pation-

patione, adeòque hominem qui pedibus
 aquam non tribuerat, reprehendit; quanto
 magis in eum inuehetur qui non pedibus
 pauperum, sed ori sitienti potum denega-
 uerit? Futuram vindictam in Licaonij s be-
 ne figuratam reperio, qui cum Latoniam
 Apollinis & Dianæ matrem (vt fabula re-
 fert poëtica) Iunonis persecutionem fugi-
 entem, sitientem à flumine propulsassent; à
 Ioue in locustas in sui criminis pœnam cõ-
 uersi sunt. Nec caret mysterio, quamuis fa-
 bulosa sit narratio. Licaonij & Iuno Lato-
 niam persequētes, Inhumani sunt, qui pau-
 peri mulierculæ, id est indigenti, aquam de-
 negant, quos in criminis pœnam Iuppiter
 vel melius *Iunans Pater* æternis adiudica-
 bit ignibus, ubi ad instar locustarum gan-
 nient & obmurmurabunt diuinã blasphemantes iustitiam.

Ouid. lib. 6.
 Metamorph.

Omissis fabulosis quæ hic adscribi pos-
 sent narrationibus, historijs, atque scriptu-
 ræ sacræ testimonijs comprobemus, hau-
 stum aquæ pro Dei amore datum, sua mer-
 cede non cariturum. Sapiens de Misericor-
 de homine loquens, ait: *Aqua Sapientie sa-
 lutaris potabit illum Dominus Deus noster.*
 Non præmio vacauit Abraham, qui eiectæ
 è domo sua ancillæ, aquam adiunxit.

Genes. 21.

T Non

Genes. 24.

Non sua mercede fraudata fuit decora virgo Rebecca, quæ petenti Eliezer: *Da mihi aquam de hydra tua*, responderat: *Et tu bibe, & Camelis tuis tribuam potum*; Subito namque proferens ille in aures atque dextraliola, eam elegit in uxorem filio Domini sui. Non abs re igitur Moyſes coegerat, ut

Exod. 2.

pastores, greges terro eorumque seruatrices puellas ad aquarent, siquidem ex hoc opere sceminam sibi coniugem filiam terro nomine Sephoram meruit adipisci. Non Charitatis præmio defraudatus fuit Booz qui viduæ Ruth in agris suis metenti dixerat: *si situeris vade ad sarcinulas, & bibe aquas*, eam namq; postea uxorem habuit, ex qua luminaria orbis, Regiæque dignitatis præclara prodire diademata David & Salomon, à quibus pariter humanitas Christi suæ genealogiæ desumpsit originē. Quid Sareptanā memorem mulierē, cuius hydra non imminuta est, cuiq; oleū nō defuit, eo qd Eliz sitienti potū tribuerat? Quid Ecclesiasticas referā historias: Leoni promittitur cœlitus imperiū, quoniā cæco sitibundo aquam vel alterius generis potū tribuerat? Quid Sanctorū hominū, mulierumque exempla recenseam, cū ipse Dominus affluētia satis exempla ministret? Ismaeli sitienti fontē limpidissimū ostendit, Isaac puteum

Ruth. 2.

Genes. 21.
24. 26.

pro-

pducit: Aquã amarã, salis immissione ad dul-
 cedinẽ reuocat, & vt in conuiuio suã chari-
 tatis munificentia demonstraret, aquã vi-
 num facit. Quid vltra? proprio corpori nõ
 pepercit, sed sitibũdis mortalib⁹ in arbore
 Crucis p̄dens aquã fontẽ ex suo latere p̄-
 ducit. Vt quid hoc? nisi vt sitientib⁹ subue-
 niat? Notatu dignissimã refert historiã Xi-
 philinus cũ pluribus alijs. Cum Romani tẽ-
 pore Antonij Imperatoris in Barbaros si-
 gna conuertissent, belli industria in angu-
 stijs locorũ intercepti, vbi nulla potus da-
 batur facultas, siti maxima premente, tur-
 matim quasi cãsi gladijs prostrabantur.
 Clades ad Imperatorem defertur, mors
 cuique propinqua ex vrgente necessitate,
 denunciatur. Legionẽ Christianorum (quẽ
 in exercitu erat) rogat imperator, vt pro
 comũni salute diuinã opẽ imploret. Chri-
 stiani Imperatoris mandatum mox vt exe-
 quuntur diuinum sensere auxilium. Fulgu-
 reccelitus immisso visibiliter, prosternun-
 tur Barbari, Romanique imbre sufficienti
 perfusi & sitim extinguunt, & locorum an-
 gustias superantes, victores ab inimicis re-
 uertuntur. Non ab similitẽ refert historiã
 Paulus Emilius. Temporib⁹ Urbani Pape,
 cũ expeditione apparata Christian⁹ exerci-

*Num. 20.
 Exod. 15.
 Ioannis. 2.
 Item. 19.*

*In vita
 Antonij.
 Heymon de
 Chrift. rerum
 memoria lib. 1.
 cap. 7.*

*Tertul. in
 apol. c. 5.*

*In hist. gall.
 lib. 4.*

Tulz eius

veni
 dicit
 ra

tus, versus Hierusalem proficisceretur, iamque committendum esset prælium, & locorum angustijs pressi laticem ad refrigerium non inuenirent; & exercitus de victoria desperaret, Godefridus eorum dux hunc in modum deum rogauit: Pater Misericordiarum, afflictorumque consolator, qui olim è petra aquas emanare fecisti, siquidem pro tui nominis gloria decertam, miseris postulantibus in tanta ariditate deficientibus, rorem tuæ benedictionis infunde. Vix orationi finem imposuerat, cum subito diuinum affuit auxilium. Aperuntur cataractæ cœli, & cœlum quod diu aquam denegauerat, iam ad sufficientiam & abundanter omnibus elargitur. Vnde milites recreati, gratias agentes omnipotenti, læti in arma ruebant. Quid ultra diuinam exaggerem bonitatem? Scatent vndique similibus exemplis codices. Reficit diuina Clementia D. Clementi demonstratus fons sub agni pede Christianorum exulum duomillia. Claret vndiq; Dei Misericordia, qua Christi fidelium moueat præcordia. Non est igitur necesse vt de hoc Misericordia opere plura scribamus *Sat prata bibere.*

Virg. in Eglog

Claudite iam riuos, &c. & ad peregrinorum susceptionem veniamus.

DE

DE TERTIO
OPERE MISERI-
CORDIÆ.

Hospes, vt in tua diuertat
Hæcta Hospita Christus,
Hospitio miseris sint officiosa
iuuandis,

Gloria tunc tuis, mansuris super
æthera factis,

Surget: & æternis succedes sedi-
bus hospes.

T³ **Q****V****O****D**

veni
tridua
ra

y.
retur,
m, &
refri-
de vi-
n dux
er Mi-
olator,
sti, fi-
rtam?
te de-
ais in-
t, cum
eriu-
diu a-
am &
e mili-
tenti,
inam
que fi-
limina
s fons
n duo
a, qua
Non
diz o-
rino-
DE

QVOD HÆC VERBA
CHRISTI: HOSPES ERAM ET
COLLEGISTIS ME, IN IVDICIO
extremo sint tantum dicenda ijs qui
in gratia dei mortui sunt.

CAPVT XV.

NVllus est qui Christum dominum in
hac mortalium carne peregrinam fu-
isse ignoret, eū namq; in utero virginis per
Prophetæ spiritū contemplatus Ieremias
dicebat: *Quare quasi Colonus futurus in
terra, & quasi viator declinans ad manendū?*
De seipso etiam per psalmistam Regiū di-
cit: *Aduena ego sum apud te & peregrinus,*
quia (vt inquit alibi) *vulpes foveas habent, &
volucres cœli nidos, Filius autem hominis non
habet ubi caput suum reclinet.* Vnde iure in
extremo iudicij die dicere electis poterit
*venite Benedicti Patris mei percipite regnum
quod paratum est vobis à constitutione mundi.*
Hospes eram & collegistis me. Quæ quidem
verba ad electos dumtaxat dicentur. Dabitū
enim nemini esse potest, plurimos Hospi-
tales viros, æternis ignibus atque cruciatibus

Cap. 14.

Psal. 38.
Matth. 8.

bus esse adiudicatos; non quia hospitales
 extiterunt, sed quia vitiorum aliorum labe
 foedati, diuino iudicio preuenti, in peccatis
 mortui sunt. Nō igitur Laban huius bene-
 dictionis particeps erit, quamuis Abrahami *Genes. 24.*
 seruo quandoq; dixerit: *Ingrede Benedicte*
Domini, cur foris stas? preparavi domum, &
locum camelis: In idololatria namq; persi-
 stens, cultū vnius Dei, sculptis, & manufa-
 ctis dijs, tribuit. Non huius particeps effi-
 cietur felicitatis, infelix Abimelech licet *Genes. 29.*
 Abrahamum Patriarcham fugitiuū & à pa-
 ternis laribus pulsum charitatiuē recepe-
 rit. Infidelis siquidem vsque ad mortē per-
 mansit; sine quā fide impossibile est placere
 Deo. Huius omnino benedictionis expers
 erit filia Pharaonis quamuis naturali instin-
 ctu Moysis pueritiæ miserta fuerit, nam in
 infidelitate & paganismo decessit.

Non moab, qui David fugientem à sa- *1. Reg. 27.*
 ule Saulis recepit; non moabitæ, qui Eli-
 melech & Noemi cum filijs receperūt hu-
 ius benedictionis erunt participes, quia fi- *Ruth. 1.*
 decaruerunt. Solis ergo hospitalibus ele-
 ctis, Dominus benedictionis huius teno-
 rem largietur, qui toto vitæ tempore suis
 peregrinos sustentarunt opibus, & in vlti-
 mo vitæ curriculo in gratia Dei deces-
 serunt.

serunt. Quales fuere Abraham & Ioth, qui in intempestiuo diei calore, singula ciuitatis compita perlustrabant, non modo hospites inquirentes, sed ad hospitium vel inuitos cogentes. Talis etiam erat Booz, qui viduæ Ruth tanta charitatis impendit officia, vt illa præ stupore, tantæ charitatis incendium admirâs diceret: *Vnde mihi hoc vt inuenirem gratiam ante oculos tuos, & nosse me dignareris peregrinam mulierem?* Iob in illa die exultabit & audita voce Christi: *Hospes eram & collegistis me; lætus proferet: Foris non mansit peregrinus & ostium meum patuit viatori: Quod quidem dicere poterit Onesiphorus de quo D. Paulus loquens sic Altissimum pro eius salute precabatur: Det Misericordiam Dominus Onesiphori domui, quia sepe me refrigerauit.* Er. Tunc sanctus Syluester lætabitur, qui ad Pontificalem subuect^o dignitatem, omnes libentissime excipiebat peregrinos; eiusq; pontificale Palatium, quorumcumque aduenarum fiebat hospitium. Gaudebit profectò tunc Abbas Theodosius qui vna die vt peregrinos omnes exciperet, centum & plures mensas sternebat, dapibusq; variatis exornabat.

Quid antiquos memorem Christianos, qui


Ruth. 2.

Iob. 31.

2. Timoth. 1.

Tertul. lib. de
Corona mili-
tis

qui ob hospitalitatem apud Traianum Imperatorem à Plinio commendati fuerunt? Quid Basilium prædicæ, qui (vt refert Amphilocheus) domum suæ vncinam domui construxerat in qua pauperes recipiebat? Quid D. Benedictum, Franciscum aliosq; innumeros recenseam? Tædiosum foret nimis, longam sanctorum patrum narrationem huic breui compendio intexere. Hij igitur omnes gratam, grato animo percipient benedictionem. *Venite benedicti Patris mei &c. Hospes eram & collegistis me* qui non solum Christum in proprio corpore (qualis est in Eucharistiæ Sacramento) digne receperint; sed etiam ijs omnib; quæ eius membra (Religiosos dico mendicantes) charitatiuè exceperint. Hij enim maximè peregrini sunt quibus nec census annuus datur, nec locorum propria spatia conceduntur.



T 5

QVOD

Handwritten text on the right edge of the page, possibly a library or collection mark.

QVOD CHRISTIANI
 OMNES MVNDE ET PVRE
 CHRISTVM EXCIPERE DEBENT
 in Eucharistiæ Sacramento, vt audire
 mereantur : Hospes eram &
 collegistis me.

CAPVT XVI.

AB æuo, & ante secula in æterna Tri-
 teride sibi domiciliũ, sibiq; thronum
 voluit Iesus Christus habere. Post Mundi
 creationẽ in Empyreo celo; in lege natu-
 ræ, super altaria; In lege Mosaica, in taber-
 naculis, in templo magnificentissimo per
 Sapientissimũ regem fabricato, habitavit.
 Denique in lege gratiæ, pudicissimũ Mariæ
 Virginis vterum nouem mensiũ spatio, sibi
 domiciliũ elegit. Idq; vt te ad susceptionẽ
 dignam corporis atq; Sanguinis sui prætio-
 si excitaret. Congruũ enim est vt Munditia
 supernaturalis, puritas Angelicam superas
 virginitatem, maiestas Dei omniũ terreno-
 rum Regum, supercellens dignitatem, dig-
 num sibi à subditis recipiat habitaculũ. Qui
 vt cordibus nostris perpetuam tantæ reue-
 rentiæ figeret memoriam, in vltima cena

3. Reg. 3. 5. 6.
 Ps. 9.

disci-

discipulis suis tanti amoris pignus relin-
quens, perpetuæ habitationis certitudinē,
verborum testimonio corroboravit. *Qui*
manducat (inquit) *meam carnē, & bibit meū* Ioan. 6.
sanguinem in me manet & ego in illo. Agedū
Christiane, continuæ studeas puritati, quō
Regiam illam maiestatem in te dignē vale-
as collocare. Nefandū enim foret, si in im-
munda conscientia, & in omniū vitiorum
receptaculo gloriæ sumæ Regē collocares.
Te sane animalibus ratione carentib⁹ peio-
rem, & deteriorē nuncuparem. Inuentum
namq; quodam tēpore corpus Dominicū
apes industria naturali, (at nescio quā reue-
rentia motæ) pixidē mundā cercā contex-
uerunt, in qua corpus Dominicū reuerēter
collocarunt. Virtutū igitur atq; operum bo-
norū peristromatibus tuā exorna consciē-
tiam; illā diuini amoris incendio illustra, vt
lux, lucē per orbem diffundens in tenebris
nunquā hospitetur. Si .n. Principi Ciuitatē
intraturo pulcherrima apparantur, palatia,
& Ciuitatis compita ab omnib⁹ emundan-
tur inquinamentis, ne sit quod principis
oculos offendat: quid nō Regi gloriæ qui ad
nos venit, & cuius deliciae sunt esse nobis-
cum, idem faciamus? Fœlicitate nō illius
animæ ad quam Dominus descendit, quā
Sapi-

Sapientia diuina replet; quæ fit Regis Angelorum habitatio admiremur; & stupeamus. Dum enim incarnatum Filium in sacrosancto Eucharistiæ Sacramento dignè in nobis recipimus, curiam coelestè ad hospitium inuitamus; adest Pater comitatus Spiritu Sancto, adest Angelorum coelestiu curia, sua tantæ maiestati deferens obsequia. Adest tota Trinitas quæ tres animæ tuæ potestates sua illustret præsentia. Patrem recipiet memoria; dum tuæ creationis memor eris. Filium recipiet intellectus, & tunc redemptionis beneficij recordaberis. Deniq; Spiritum Sanctum recipiet voluntas, vt illa Spiritus Sancti inspirationibus perpetuò acquiescat. Sicque non modicū pro tua hospitalitate recipies præmium. Sicut enim Magdalenam & Martham pro Hospitalitate varijs gratiarum donis cumulauit; sic & tibi ipse faciet, si sub speciebus Sacramentalibus, eum dignè & reuerenter exceperis.

¶



QVO.

QUOMODO CHRISTVS IN HAC PEREGRINATIONIS VALLE HOSPITES suos remunerauerit.

CAPVT XVII.

Cum in omnibus rebus semper se munificum ostendat Saluator, solet tamen in ijs maximè beneuolum se demonstrare ubi charitatis ac pietatis officia experitur. Hinc est quod ex frequentibus scripturæ locis percipimus eum Hospitalitatem & commendasse, & gratiarum prærogatiuis Hospitalis cumulasse. An erga Matrem suam Virginem Sacratissimam ingratum fuisse quis dixerit? Hæc in aluo suo virginali, nouem mensibus filium portauit; hanc Filius gratia plenam effecit, & Sanctitatis in ea imaginem formauit. Hanc super choros Angelorum & super omnes Seraphicos spirituum cœlestium ordines Reginam constituit. Eum Magdalena hospitio excepit; sed nequaquam hospitij sui mercede caruit. Munificus enim peregrinus, Saluator noster ab ea septem expulit dæmonia; virtus

virtutes præclaras in eorum loca introducēs, & eā suæ resurrectionis gloriosæ voluit esse annunciatricem. Et licet nullatenus ab Apostolo concessum fuisset Mulierib⁹ prædicare, hæc tamē speciali prærogatiua post terrarū multa emensa spatia, Marsiliensib⁹ & Resurrectionē & nostræ Redemptionis mysterium meruit nunciare. Tandemq; in desertū secedens, per triginta annos Angelico sustēta ministerio, & cœlesti recreata viatico, in pace quieuit. Eum Martha hospitio excepit (de qua sic loquitur scriptura) *Mulier quadam Martha nomine excepit eum in domum suam*; sed nec sua mercede caruit. Meruit namque per hospitalitatem, vt Lazarus ab inferis ad vitam reuocaretur. Quoniam autem huius Mulieris hospitalitas tantopere & à Domino & à Patribus laudatur, impudentiam imperiti Caluini cohibere volo; qui de ea loquens; & eum culpatur qui sine culpa est, & eam accusat que ab omnibus summis laudibus celebratur. Ait enim *Vitiosa erat hospitalitas Martha*. Et alio in loco, priori sententiæ contradicens inquit: *Laude digna fuit Martha hospitalitas, sicut laudatur.* & infra: *Digna laude est Martha, quod Christum exci-*

Luc. 10.

Ioan. 11.

In cap. 11.
Ioan.

In c. 10.
Luce.

excipit. ô impostorem perniciosum, & sacrarum litterarum imperitum explanatorem? Nunquid virtus & vitium in eodem subiecto simul esse possunt? Nunquid vitium dices esse laudabile? vitiosam dices Marthæ Hospitalitatem, & indicas laude dignam. Tua te sententia iudico. Iudicent & hæc qui audiunt. Contradictoriarum alteram necessarium est esse veram, alteram falsam, vel fuit vitiosa & sic nulla laude digna, vel fuit meritoria, & sic laudabilis. Quod vitiosa fuerit nullibi inuenis. Calumniaris dumtaxat, & si posses vitiosum fingeres esse Deum. Tua tibi in damnum sententia deseruiat. Laudabilem namque tum ex Christi testimonio; tum ex Patrum & Scripturæ autoritatibus fuisse Marthæ hospitalitatem facile colligimus. D. Basilius laudabile dicit fuisse harum ^{De const. monach. c. 2.} sororum studium in hospitij exercitio peragendo. Martha quippe in Corpore Saluatoris sustentando omnem ponebat operam; Maria spiritali intenta operi interius à Saluatore sustentabatur. Altera visibili cibo Magistrum pascebat in corpore; altera inuisibili alimento à Magistro pascebatur

batur in corde. Sicque dum huius excipit ministerium; alterius non vituperat officium. Laudatur Marthæ obsequium, sed laudabilius demonstratur esse Mariæ studium. Quia (vt inquit D. Gregorius) licet Actiua vita per Marthæ ministerium designata sit laudabilis; eam tamen contemplatiua, per Mariæ studium figurata, multis modis superat & excellit. Et (vt scribit Augustinus) quomodo putandum est vituperabile fuisse Marthæ ministerium, cuius animus iucundabatur, quod hospitem excepisset diuinum? Si reprehensa fuit nõ deinceps peregrinos excipiant, homines; nulla sit amodo cura hospitalitatis. Hæc ille. Quæ quidem omnia necesse fuit in medium producere vt impudentis hæretici fallacia panderetur, negantis bonam fuisse Marthæ hospitalitatem, & Christum hospites affluenter remunerasse. Quis enim hoc vnquam in Magdalena, Martha aut Lazaro contigisse dicat? Has pro Hospitalitate, vitijs expulsi, virtutibus cumulauit; Hunc pro eodem officio, amici nomine nuncupauit, virtutis redditum, Episcopali infula reddidit conspicuum, dein pro sui nominis amore, martyrem effecit gloriosum.

An fortè in Zacchæo ingratitude in
qui.

*Lib. 6. Moral.
cap. 18.*

*Melch. Flau.
De statu de-
funct. Fol. 32.*

quirere quis volet? Vix Zachæus elocutus fuerat, Domine ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, vix domum illius Saluator introierat, cum subito vox audita est saluatoris, cum subito retributio facta est hospitalitalis. Quæ retributio? Hodie Domini huic salus facta est, eo quod & ipse sit filius Abrahæ. Dominum excipit nec excipitur à Domino, cum pascit corporalibus escis, qui spiritualibus maximè delectatur condimentis. Nunquid Simoni congruè pro hospitalitate satisfecit? eius domum ingressus vt manducaret, sub occultis parabola verbis, salubri exhortatione de sua salute monuit, & pascentis corpus suum, animam interius diuinis monitionibus pascit. Insuper & corpus infectum lepra, mundauit, & integræ puritati restituit. Discipulos euntes in Emmaus sua præsentia recreauit, & sub panis speciebus, corp^o suum pro hospitalitate manducandum præbuit: vt censet Augustinus.

Luc. 19.

Lib. 5. de
Concord.
Euang. c. 25.

Quid de hospite Christi in vltima cæna eloquar? Hic pro hospitalitate, meruit in domo sua Spiritum Sanctum suscipere meruit & virginis sacratissimæ cæterorūque Apostolorū corpora pluries excipere. Et quoniam debet esse hospes ab hospite

V tutus

tutus ne damnum inferret hospiti, sciens
quæ ventura erant super se, exijt é domo. ne
cohors insolenter hospitis domum deua-
staret. Infinita denique sunt loca quæ legē-
tibus scripturas passim occurrunt, quæque
huic narrationi contexere tœdiosum ni-
mis foret.

¶ QVOD HOSPITALI-
TAS IN HAC VITA ET IN A-
LIA A DEO COMPETEN-
ter premietur.

CAPVT XVII.

SI Poetarum fabulis fides foret adhiben-
da, credendaq; essent quæcumque in eis
finxerunt, pulcherrimo hospitalitatis retri-
butionem morpheo demonstratam hico-
stenderem. Quod præterire ob insignē fa-
bulæ modum nequeo, etiam quia vulgaris
est: Philemo & Blancis cum Iouem & Mer-
curium per compita Ciuitatis cursitantes,
atque in vicinia hospitium inquirētes con-
spexissent, (ijs tamen ignotis sub vestibus,
peregrinos se fingentes) benigno affatu in-
domunculam induxerunt. Quibus rece-
denti-

dentibus, viciniâ grauiſſimis afflictâ malis,
ſoli immunes permanſerunt. Irati namque
dij dixerant.

Dijque ſumus, meritaſque luet viciniapa-
nas.

8. Metamor-
phoſ.

Impia (dixerunt) vobis immunibus &c.

Inſuper vinum in eorum vaſis concreſ-
cebat nec minuebatur. Domuncula in am-
pliſſimum templum columnis marmoreis
ſuſtentatum conuerſa, paleæ in aurum, lu-
teum patimentum in marmoreum deco-
rem fuit tranſmutatum. Denique templi
illius Sacerdotes creati, eodem die, hora ea-
dem; ne pro morte vnus alter triſtaretur
vitam cum morte commutarunt. Fabulo-
ſum quidem eſt quod narratur, ſed quod
ſub fabula texitur, in veritate ſic factum
ſcriptura teſtante comperimus.

Stabat olim Abraham in oſtio taberna-
culj ſui in feruore meridiano, & Angelos
ſub peregrinorû ſpecie venientes excipie-
bat. Quid pro hospitalitate præmij reporta-
uit & meruit proſectò cû exultatione ſum-
ma in ſenilibus annis audire: *Reuertens ve-*
niam ad te in tempore iſto & habebit Sara vx-
or tua filium.

Genef. 18.

Loth propter Hospitalitatē ab incendio
Civitatis fuit creptus: Vnde D. Aug. de eo

scribens inquit: *Obsecutus Loth Archangelus tanquam peregrinis pro consuetudine Hospitalitatis, liberatus est; ciuitatis temporale euasit incendium.* Propter Hospitalitatis beneficium dicere solebat Iacob socero suo Laban: *Modicum habuisti antequam uenirem ad te, & nunc diues effectus es, benedixitque tibi Dominus ad introitum meum.* Et idque ut ostenderet quanta cum sollicitudine Deus hospitalitatis officia cōpenset. Adeoque, ut non solum iustos magis in iustitia amplificet, sed etiam impios & Idololatrias in bonis temporalibus multiplicet & adaugeat. Quod in Ioseph contigisse refert scriptura, dicens: *Benedixit Dominus domui Egyptij propter Ioseph, & multiplicauit eam in adibus, quàm in agris omnem substantiam eius.* Raab meretrix, quoniam exploratores hospicio exceperat, à morte fuit liberata, cum per Iosue & exercitum filiorum Israel vrbs Iericho vastaretur. Domus Obedom fuit benedictionib⁹ cumulata quia per trimestre Arca fœderis in ea manserat. Viduâ Sarephtanâ (quia Eliam Prophetam in domum receperat eique cibaria modica subministrarat) in bonis temporalibus auctâ, defuncto filio, vitam impetrauit. Elizæus à sterili fœmina hospicio exceptus, ei filium

Cont. hæres.

Genes. 30.

Genes. 39.

Iosue 2. & 6.

2. Reg. 6.

3. Reg. 17.

filium nasciturum prædixit, quem etiam mortuum ad vitam reuocauit. Zacharias & Elizabeth donum Prophetiæ pro hospitalitate quam in Virginem Mariam exercuerant meruerunt. Sufficiant antiquorum exempla, recentiora producamus.

4. Reg. 4.

Luc. 1.

Greg. Turon.
lib. 10. hist.
c. 23.

Antiochiæ vir quidam erat hospitalitati summopere addictus, adeò vt per plateas & vrbs cõpita perigrinos requireret, quibus hospitalitatis officia impenderet. Die verò quadam cum peregrini nulli aduenissent, & ad uesperasceret, egressus Ciuitate, tres viros in peregrino habitu inuenit. Quos cum benignè salutasset, ad nobiliorem vt videbatur sic ait: Peregrini estis, vt video, fauete igitur mihi & domiciliũ meum hospitaturi introite. His auditis vir ille quem fuerat allocutus pro salutatione hoc responsum edidit: Eleemosynis tuis non redimetur Ciuitas quò minus non pereat, subitoque strophium expandens aduersus partem ciuitatis, eam hiatus terræ absorbit. Conterritus Ciuis ille & animi deliquium passus corruit in terram. Quem vir ille conspicuus alleuans, vigori pristino restituit, inquit: Ne timeas, vade fidenter in domum tuam, vxor uamque tua & liberi omnisq; familia à voragine prop-

ter tuas hospitalitates liberata est. Mirandā sanè hospitalitatis remunerationem!

*In Chronic.
Fratum mi-
nor.*


Coniugit quondā, duos Fratres minores diuertere in domū viri cuiusdam qui ab annis multis confessus non fuerat. Quem cū salutaribus monitionibus ad pœnitentiam induxissent, corpora cibus appositis refocillarunt. Is autem maximè contritus, firmissimè proposuit sequenti die integrè confiteri. Parat igitur cœnā peractā paleas quibus decumbentes Fratres sopori membra dare possent. Paret in somnis, Fratribus, mirabile dictu. Mortuum vident hospitem. Animam illius terribi raptabant dæmones & secum in gehennam trahere nitebantur, obstant Angeli boni & in statera iustitiæ & æquitatis librari eam volunt. Congeruntur in vnum opera mala, & multipliciter paucitatem operum bonorum excedunt. Proferuntur paleæ in quibus cum charitate fratres illos exceperat quæ Ponderosiores cæteris prauis operibus inuentæ, salutem animæ præstiterunt. Omnirabilem hospitalitatis energiam ô admirandam in charitatis ardore palearum virtutem! Quis peregrinos exciperene gligat, tantis proemijs sibi propositis? Quis tantæ gloriæ expers esse velit? Gloriam da-
bit

bit voce propria, quasi tuba canens Filius Dei, dum dicet: *Hospes eram & collegistis* Math. 25. me. idque assistentibus Angelis, coram hominibus & coram omni intellectuali creatura. Quæ præmia Charitatis! Cum Ioan. 5. Filius Dei, cui iudicium omne à Patre datum est, inquiet: *Venite benedicti Patris mei percipite regnum &c.* Ut quid? quia *hospes eram & collegistis me.* Percipite regnū quod humanum superat intellectum, quod nec oculus vnquam valuit percipere mortalium. Percipite regnum, cuius magnificentia & amplitudo in admirationem rapit mentes Prophetarum. Baruch namque huius regni excellentiam perpendens exclamat: *O Israel quam magna est Domus* cap. 3. *Dei, & ingens locus eius,* aded vt terra ad instar puncti se habeat si cum cælo empyreo comparetur. Vnde psaltes Regius gaudens & exultans dicebat: *Lætatus sum in his qua dicta sunt mihi, in domum domini ibimus.* psal. 122. In ea domo, non par pari, sed superabundanter rependetur, parua tribuenti. Præbe tectum: & accipe cælum; da temporalia, & cælestia suscipe dona, pro modica hospitalitate, gloria gaude sine fine duratura. Accipe cælum non vt hospes, sed vt amicus

88 PEREGRINOS SVSCIP.

cus. Dum enim in membris pauperum, & in peregrinis, Christum suscepisti, eius tibi amicitiam conciliaisti: & quia tectum communè hospitibus præbuiisti, gaudium sempiternum, æternumq; domicilium iure hospitalitatis promeruiisti. Equū namque est vt qui in aliena terra amicū excipit, ab eodem peregrinus factus, amicè recipiatur. Vt igitur tantæ amicitia participes efficiamur, hospitalitati studeamus, siquidē (vt cum Chrysofomo loquar) *ralem mercedem habet qui suscipit peregrinantem; qualem qui propter Deum peregrinatur, & sunt ambo æquales.* Alia præmia prosequamur.

Super Math. cap. 11.



QVOD SVB PEREGRINORVM HABITV CHRISTVS SE SE PRÆBEAT MORTALIBVS PER SÆPÈ EXCIPIENDUM. *

CAPVT XIX.

Tertullianus lib. 3. contra Marcionem tractans de hospitalitate Patriarchæ Abraham,

braham, qui in humana specie Angelos
 Dei susceperat hospitio, eorum tertium
 dicit fuisse Christum; cuius opinionem,
 Augustini sententia comprobat dicentis:

Ecce dum Abraham hospites exciperet, ipsum Deum excipere hospitalitatis contemplatione promeruit. Serm. 71. de temp.

Nec hoc incredibile est, cum id fieri sine impedimento potuerit. Dato verò quod Christum non excepisset; Sacrosanctæ tamen Trinitatis legatos suscepit, ut testantur D. Ambrosius, D. Hilarius, Eusebius & alij. Qui autem legatos excipit, cum profectò suscipere censetur à quo missi sunt. Nec dicere formidabo cum D. Augustino Deum adeò cum hominibus

(præcipuè verò cum Amicis qualis erat Abraham) deliciarì, & in eorum frequentationibus delectari, ut sub ternario peregrinorum numero, Indiuiduam voluerit diuinarum personarum ostendere Trinitatem. Lib. 2. de Trinit. c. 4.

Vnde attentius tantæ bonitatis perpendens excellentiam, quoslibet Christianos ad hospitalitatem his verbis hortabatur: *Disce Christiane sine discretionè exhibere hospitalitatem, nè forte, cui domum clauseris ipse sit Christus.* Lib. 5. contra hereth.

Nec dubium est, quin Christus, cuius omnis vita, pura paupertas fuit, plerumque sub

specie pauperis se suscipiendum mortalibus exhibuerit. Pauperem dico, quia ex matre paupere, natus in praesepio, postmodum non habens ubi caput reclinaret, nudus pro nostra salute pependit in cruce. Exempla sufficiunt quibus & patrum & nostram opinionem comprobemus. Discipuli euntes in Castellum Emmaus dum peregrino charitatis officia impendere volunt, Dominum, & Salvatorem se excepisse cognoscunt.

ENC. 24.

In Ciuitate Leodiensi Anno Domini 1603. vidua quaedam Deo deuota graui morbo torquebatur adeo ut morti de die in diem vicinior fieret. Vespere quodam ancilla nunciat viduae puerulum in ostio frigore morientem hospitium pro Dei amore postulare. Annuens vidua refocillatum puerulum, & calefactum, lectum in quo decumbebat iussit introire. Post modicum vero tempus cum de puerulo curam haberet, ne frigus pateretur, per lectum requirens nusquam inuenit. Stupefacta ancillam vocat, & utrum puerulum dimisisset sollicitè interrogat. Negat egressum ancilla, nec tantam virtutem inesse posse puerulo dicit. ut pessulum ostij vel seram pandere possit. Miratur vidua, & sanitati restitutum (quod in pauperibus frequenter esse solet)

folet) si vermiculos quosdā reliquisset in-
 quirat, suauissimum odorem sentit ex eo
 prodire loco, in quo paruulus puer decu-
 buerat. Quis aliū fuisse dicat hunc paruu-
 lum quam Christum, vel Angelum sub hu-
 mana specie peregrinantem?

Non absimile est quod Sancto Leoni 9.
 summo pontifici accidit; Qui cum Le-
 profum præ foribus stantem in lectum
 proprium admisisset, manè factò eum in-
 quitum per omnia vr̄bis loca nusquam
 inuenit. Vade colligere dabatur, eū, Chri-
 stum sub leprosi specie, in lectum propriū
 admisisse. Cum D. Gregorius ante refe-
 ctionem pauperibus; manibus proprijs a-
 quam ministraret, contigit eorū quendam
 lotis manib⁹ protinus euanescere. Stupete
 eo, & admirante, diuinitus illapsam vocem
 in visione audiuit, sibi dicentem: Gregori,
 me quidē diebus singulis in membris meis
 (q̄ pauperes sunt) excepisti; at verò hodie
 in propria persona me suscepisti. Sanctus
 Iuo causidicorū Patronus die quadā pran-
 dens in domo sua cū amicis pluribus homi-
 nem (vt exteri⁹ videbatur) pauperē & mise-
 r̄ū excepit, eumq; apud se collocans, benig-
 nē ad cibi sumptionē p̄ouocabat. Is verò q̄
 humili cernebatur accinct⁹ amictu, gloriā
 pan-

*Platina in visa
 eius.*

pandens, maiestatis lumine omnibus conspicuus claruit, seque Deum sub pauperis vestimento clarè demonstravit. Nam dicēs: *Dominus vobiscum* protinus disparuit. Unde liquido constat Christum persæpè se hominibus sub pauperum peregrinorum specie suscipiendum offerre. Quod testatur D. Chrysostomus dicens; *Hospitem suscipiens, suscipit Christum.* Quod si quandoque in propria persona Christus non compareat, frequenter tamen Angelos mittit qui vices illius teneant, & qui hospitalitatis officia Angelica claritate honorent. Ideò Apostolus Hebræos ad hospitalitatem invitans dicebat: *Hospitalitatem nolite oblitesci, per hanc enim placuerunt quidam, Angelis hospitio exceptis.* Quod in Abraham & Loth contigisse sacra pagina testatur. Tobias pro hospitalitatis munere Archangelum Raphaelem filio suo custodem, luminis amissi reparatorem, & bonorum temporalium auctorem habere meruit.

Nec prætereundum est quod in legenda S. Gregorij legimus. Qui cum solito more œconomo iniunxisset vt duodecim pauperes ad prandium conuocaret, isque iam mandata Pontificis esset executus, ingressus aulam tredecim pauperes in ea numeravit.

Ex regist.

Heb. 13.

rauit. Iratus, œconomum repræhendit q̄
 plures solito pauperes introduxisset, negat
 œconom⁹ se solito plures induxisse, quod
 si inquit tertius decimus est, me incio im-
 pudenter introiuit. Introeunt simul, & in
 mensa duodecim tantum pauperes nume-
 rat œconomus, tertium decimum in ea esse
 aduertit Pontifex Sanctus. Tandem assi-
 denti illo mensæ is qui tertius decimus in-
 ter eos erat, nunc iuuenis, nunc senex Pon-
 tifici apparebat, quod quidem aduertens,
 donec finitum esset prandium, conticuit.

Igitur finito prandio pauperem seorsim
 vocans, ei ex parte Omnipotentis imperat
 vt quis sit sibi denunciaret. Ego (inquit ille)
 pauper sum ille cui iam à tot annis duode-
 cim argenti numos in lance argentea, quos
 tibi mater Saluia transmiserat tradidisti.
 Ex tunc Cœlestis Pater Filij sui Iesu Chri-
 sti Vicarium te præordinauit. Pontifice au-
 tem interrogate vnde id nosceret, subiun-
 xit: Scio inquit certissimè, quia Angelus
 Dei sum, & ab eo tempore tuæ fui præfect⁹
 custodiæ. Vnde verissimū esse patet quod
 Chrysostomus inquit: *Hospitales, Angelos* Super Genes.
 hom. 44.
 & *Christum suscipiunt.* Ad pœnas & sup-
 plicia crudelium erga peregrinos
 veniamus.

QVÆ

QVÆ SINT SVPLICIA
PASSVRI, QUI PEREGRINOS
HOSPITIO RECIPERE
noluerint.

CAPVT XX.

Luc. 9.

QVanta supplicia mereantur, quibusq;
panis digni sint qui peregrinos exci-
pere nolunt, ex eo liquido constat, q̄ Sama-
ritanis Dominum recipere nolentibus, la-
cobus & Ioannes Apostoli Domini dix-
erunt: *Domine vis dicimus ut ignis descendat
de caelo & consumat illos?* Eos igni adiudicā,
quos æterna iustitia æternis flammis com-
burendos tradit. Hoc igne crematur diues
epulo, qui Christum in Lazaro paupere su-
scipere noluit, & cui in hora mortis dictū
I. in ignem æternum qui paratus est Dia-
bolo & Angelis eius, *Hospes eram & non col-
legisti me.* Peregrinus frigore torquebatur
in ostio, nec eum in domum excepisti, igni-
tur vade in ignem æternum defuit animo
tuo charitatis igniculus, at non deerit, quo
corpus & anima torqueatur, ignis æternu
pere

peregrinum solis ardori inhumanè reli-
 quisti subiectum, frigus patieris, & ad ca-
 lorem nimium transibis ab aquis niuium.
 Peregrinis, ianuas & limina domus tuæ oc-
 clusisti, nunc vero tibi.

Patet atri ianua ditis.

Facilis descensus auerni.

Cœli autem porta clausa est. Amen dico
 vobis non noui vos. Quare? *Hospes eram &
 non collegistis me.* Ideoque non in pace factus
 est locus vester, sed in tormentorū aceruo,
 in continuis gehennæ vexationib⁹ facta est
 habitatio vestra. Ite in ignē æternū vt quem
 admodum peregrinos in omnib⁹ membris
 afflixistis: sic & vos in omnib⁹ sensibus tor-
 queamini. Et sicut arboris in ignē iniectæ;
 rami nō sunt immunes ab incendio, sic ho-
 minis sensus qui arboris ramis cōparantur,
 cū homine in igne cruciabuntur. Et reue-
 ra æquum est vt caput quo in superbiam
 elati peregrinos despexistis, vt cor aua-
 rum quō, peregrinis subuenire nolulistis, vt
 membra cœtera quibus eosdem expulistis
 igne gehennali concrementur. Tunc fu-
 riantibus oculis à fœtore excecati dice-
 re poteritis: *In tenebris stravi lectulum me-* Iob. 17.
am. Ignis quidem erit, sed ardens & non
 lucens,

eri
 vlt
 ra

Lact. lib. 7.
cont. Pag.

In psal. 33.
9. 267. reg.
Breu.

2. Petri 2.

Matth. 22.
Luc. 13.

Lib. diet salut.
tit. 10. c. 8.
Ijaie. 45.

lucens, nec in eo loco vobis lumē erit, quā peregrinos in tenebris noctis reliquistis. In tenebris eritis vt & in oculis torqueamini corporis, & spiritus cœcitate percussis, dolori dolorem addatis. Quid de hoc igne sentiat Basilius audiamus: *Barathrum* (inquit) *in imum patens, tenebras impenetrabiles quidem illas, obscurumque ignem adurendi vim habentem Luce vero destitutum.* Has autem tenebras vobis, inhumanis, cœterisq; damnatis asseruari, testatur D. Petrus his verbis: *Quibus caligo tenebrarum reseruat est.* Visus vester teterrima patietur obiecta, visum & oculos, cruciatus parentum, propriarumque miseriarum magnitudo torquebit. Tunc erit *Fletus.* Fletus erit, propter fumum ignis, impossibile namque est ex ardenti ignis fornace fumum ingentē non egredi. *Ibi enim* (teste diuo Bonaventura) *erit fumus continuus,* quia dicitur: *Fumus eius in furore meo.* Et quanto gloriosior est aspectus beatorum, quantoque sunt delectabilia obiecta eorum; tanto erunt obiecta horribilia atq; deformia damnatorum. Beati in visione pacis, in humanitatis Christi contemplatione, in æternæ sapientiæ cognitione delectantur; vbi damnati è contra his visionibus priuati, Dæmonii aspectu

aspectibus horribilibus turbabuntur. In auribus cruciabuntur per blasphemias damnatorum voces, per dæmonum vlulatus, per maledictiones eorum cum quibus aliquando peccauerunt. In gustu afficientur, quoniam eorum cibus fel draconum & aspidum, venenū diuersi generis; Bufones, atque serpentes, eis in escam tribuentur. Idque quia peregrinis buccellam panis denegarunt. In tactu grauitas pœnarum augetur, quia manibus suis peregrinos ab hospitio repulerunt, ideoque ligatis manibus & pedibus in ignem æternum mittentur. In naribus grauiter cruciabuntur, per infectum odorem corporum damnatorū, quæ flammis æternalibus comburentur.

Ascendet fœtor eius inquit Ioel. Si Beza infectionem illam euadere posset, si é lacu infernali emergere quiret veritatem nobiscum profiteretur. Nec dubium est quin fœtor maximus inde sit exiturus, cum Dominus per Isaiam dicat: *exit pro suauis odore fœtor in die illa.* Cap. 2.

Quod confirmare nititur D. Ioannes in Apocalypsi inquiens de bestia & pseudo Propheta per quos intelliguntur damnati: *Vini missi sunt in stagnum ignis & sulphuris;* & infra: *Qui seducebat eos missus est in stagnum ignis & sulphuris, & bestia* Cap. 3.

in stagnum ignis & sulphuris, & bestia Apoc. 19 20. & 21.

eri
dia
ra

stia & pseudoprophetae vbi cruciabuntur
in saecula saeculorum. Quod etiam bene atte-
statur D. Bonaventura ex eo quod dictum

Lib. diet. salut. loc. cit. est: *Ignis & sulphur, & spiritus procellarum
pars calicis eorum.* adeo autem grauiter in

Psal. 10.

eo loco detinebuntur vt eorum quisque si-
bi appropriatum illud dicere possit: *Infer-
nus domus mea est.* Dum vitam ageret com-
munem, domus illorum angustae nimise-
rant vt peregrinos capere possent, ideo da-
ta est eis domus infinitae pene magnitudi-
nis in qua crucientur (infernus siquidem in

Iob. 17.

se continet altitudinis & longitudinis iux-
ta Geometras & astrologos, duo millia,
quingenta quinque milliaria, ambitos au-
tem inferni 7865. milliaria continet. Et re-
uera magnus esse debet ille locus siquidem

cap. V.

multi sunt vocari & pauci electi. Propterea
(inquit Isaias) *dilatavit infernus animam su-
am, & aperuit os suum absque vlllo termino,*

*& descendent fortes eius, & populi eius, &
sublimes gloriosique eius, ad eum.* Hunc ve-
reatur ingredi locum qui cum amplissima

habeat domicilia, peregrinum rejicit. Hunc
vereatur ingredi lacum, qui canes & ulos-

que eorum, feras diuersi generis in domo
sua enutrit, & peregrinum ab ea repellit.

Contra vos enim S. Ambrosius inuehitur
dum

dum inquit: *Fera non expellunt feras, & ho-* 3. offic. c. 7.
mo excludit hominem? ò mores! ò tempora
dura! Hospitalitatem hanc vos edocebunt
Pagani.

¶

QVOD SVPPPLICIO
PRÆCEDENTI, pOENAM SIT
ADIVNCTVRA CONFVRSIO,
quam facient Pagani Christianis ob
impensa hospitalitatis bene-
ficiã.

CAPVT XXI.

DVM antiquorum scriptorum reuoluo
codices, tanti apud Paganos factã fu-
isse hospitalitatẽ reperio, vt id, summo amici-
tiã muneri adscriberent, si ab amico adue-
nã oberantẽ hospitiõ suscipiendũ recepis-
sent. Testẽ adhibeo Toxarim qui peregri-
num Anacharsim Soloni adducens, dice-
bat: *Venio, maximum tibi munus adducens, Lib. 2. de legib.*
virum peregrinum egentem amicitie: Quid
de Platone edisseram, qui non solum in-
ter cetera suã prudentiã prãcepta ho-
spitalitatem commendat, sed etiam le-
gem hanc statuit: *Sicut è longinquo aduen-*
ientes

X 2

tantes hospitio excepti ad par referendum astringuntur, ita hospitibus officiosiora sunt impendenda beneficia, quò etiam Ioannis Hospitalaris laus crescat & honos: ideoque molestia nihil inferendum est, sed maximo sunt cum honore favoreque excipiendi. Quod fortassis legisse potuit in libris Exodi ubi sic Domino præcipiente; dicitur: *Aduenam non contristabis: peregrino molestus non eris.* Verùm quid Pythagoras discipulos edoceat, audiamus. *Peregrinus iustus, non modo ciue, sed etiam cognato, maioris faciendus est.* Maximùm siquidem ornamentum est reipublicæ hospitalitas, maximamque laudem promeretur illa Ciuitas in qua Peregrini cum favore & beneuolentia excipiuntur. Nec solum Ciuitatis honori cædit, sed & hominẽ cui hæc officia fuerint commendata, summis gloriæ, honorisque encomijs reddit illi.

Exod. 22. &
23.

Lib. 2. offic.

Lib. de morib.
German.

strem. Hinc Cicero Oratorum Princeps loquens de Simone Atheniensi (cui hospitalitas summè fuit commendata) nobilitatis maximum ait esse specimen, ad aenis domus suæ ianuas patentes relinquere. Sin gulasne nationes quæ hospitalitati fuerint deditæ recensere poterò? Germanos huiusmodi additissimos, his verbis testatur Cornelius Tacitus: *Hospitijs non alia gens effusus in*

*dulget. Quemcumque mortalium arcere tecto
nefas habebatur.* Gothi pariter domos egre *Olau. magn.*
diuntur vino cibarijsque onusti vt viatori-
bus occurrant, ne fortassis alicui hospitali-
tatis beneficium impendisse non videan-
tur. Quem honorem non praestitère Ro- *Valer. lib. 4.*
mani nobili Buzę quoniam milites Roma-
nos apud Cannas debellatos siti fameque
confectos refocillarat?

Giliam virum opulentissimum Agri-
gentium summus honorat encomijs va-
lerius Maximus, quod viatoribus omnibus
non solum corporis necessaria tribueret *Loc. cit.*
sed & eos maxima cum beneuolētia ac hu-
manitate exciperet. Ægyptij, hostibus bel-
lum inferre non audebant, ne forte in in-
ternecone hospites quondam suos inter-
ficerent. Verum, quid singulas recensere
gestio historias quæ charitatis & normam
& ordinem texunt? vnica sufficere deberet
modernorum Turcarū Charitas, ad Chri-
stianorum inflammandos animos, in huius
virtutis amplexum. Philippus Lænocetius *Lib. 7. Turc.*
refert Constantinopoli à Mahometo hu- *hiss p. 2.*
ius nominis secundo, ædificatum fuisse au-
gustissimum orbicularis figuræ templum,
viginti quinque vastissimas continens au-
las, quibus excipiuntur pauperes omnes,

nec non peregrini ; talique ordine cuncta disponuntur, vt ab alijs segregati sint diuino mancipati cultui, aliam partē fortiantur leprosi, aliā infirmi, quibus omnibus tanta cū sollicitudine ministratur, vt neq; auro, neque vlli rei omnino parcat. Nam & phar. macopolæ, & chyrurgi publica recipiunt stipendia vt eorū fidelē curam gerant. Ad hoc magis probandū videri potest Theuetius Cosmographus, qui refert in ea & de Constantinopolitana diebus singulis nullo negotio, gratisq; enutrirī octingenta millia pauperum ac peregrinorum à quibus nihil aliud exigitur, nisi vt in introitu propter Amorem Dei & salutem Mahometi charitatis beneficia sibi postulēt impendi. Ex quibus, omnibus clarè patet quanti Hospitalitatem fecerint pagani, qui consanguinitatis iuri non dubitarint cœquare. Hæreticis quandoq; Hospitalitas hæc commēdata videtur, sed in hac beneficij accomodatione hærendū non est, quia plerumq; sub ouina pelle lupus hæret, & mortifer latet anguis in herba. Sunt autem alij Gentiles, qui, hospites dimittentes, nummum argenteum diuidebant, cuius vnā partem sibi referuabant, alteram hospiti porrigebant, quam & *Hospitalem tesseram* appellabant, inde-


*Cosmographia
vniuers. lib. 7.
c. 14. & lib. 11.
c. 1. & 15. c. 16.*

que fiebat vt longo post tempore amicitia memores beneuoli ad inuicem inuenirentur. Sed quid dē Cydonis Corinthij hospitalitate eloquar? de quo propter singulare quò hospites prosequeretur fauorem vulgò dicebatur, tritumque erat in Ciuitate prouerbiū: *Semper aliquis in Cydonis domo.* Verum, videamus quibus supplicijs afficiebantur qui hospitalitatem minus exercebant. *Ælianus* scribit Paganis quibusdam leges fuisse inditas, quibus inhumani qui peregrinū tecto repulerant graui summa mulctabantur. Alij lege sancierāt, vt qui Peregrinum repulisset Magistratus subiaceret arbitrio, summamq; quandam pecuniaz daret Peregrino, tum vt ei satisfaceret, tum vt Iouem placaret, cuius iram sua inhumanitate promeruerat. Iouem enim Hospitalem Deum appellabant, ideoque ante fores horum stabat Iouis hospitis ara, vt cum Peregrinum intuerentur, memores Dei sui qui succinctus ad instar viatoris erat, charitatis indigenti beneficia impenderent. Vtinam! vtinam Christiani, ob oculos sibi Domini saluatoris proficiscentis in Emmaus imaginē proponerent, mouerentur vt reor (ni faxea corda gererent) & ad humanitatis officia

præbenda inclinarentur. Sed prohi, dolor!
 non solum non peregrinos recipiunt, sed
 eos plerumque verbis molestant & iniurijs
 afficiunt. Meminerint hij qui talia pera-
 gunt, illius pæne quæ militem vnum affecit
 Philippus Macedo. Intelligens namque
 vnum ex suis, pratum quoddam postulasse
 à viro rustico, qui eum è naufragio venien-
 tem benigne receperat in casam, vel tugu-
 rium; fronti (nec dubium est quin ferro
 candenti) inscribi iussit : *Hospes ingratus.*
 Illud enim Græcis communissimum vola-
 rat edictum : *Hospitem nunquam iniuria af-
 ficiet, etiam occasionem nactus.* En quomodo
 paganis chara fuerit hospitalitas, ideoque
 in extremo Iudicij magni die, cum Domi-
 nus illud improperebit : *Hospes eram & non
 collegistis me,* insurgent in Christianos qui
 Peregrinos oppresserunt, & huma-
 nitatis loco, iniuria affe-
 cerunt.



QVOD



**QVOD VNVSQVIS-
QVE HOSPITALITATI STV-**

DERE DEBEAT, ET AD
pedum vsque abluionem in-
clinari.

CAPVT XXII.

SI brutorum animalium naturales in-
stinctus, & inanimatorum facta requi-
rere voluerimus; erunt plurima quæ rubo-
rem inferant homini, tum quia Rationales
in ijs deficiunt in quibus bruta abundant;
tum quia legibus naturalibus diuinisque
non optemperant. Lex naturę docet: *Quod*
tibi non vis fieri, alteri ne feceris. Si igitur te-
cto arceri nolles; cur alterum repellis? Iu-
uaret potius imitari Omnipotentem qui Deuter. 14.
Peregrino victum vestitumque porrigit. 26.
Iuaret item meminisse quoniam antiqui-
tus, hospitalitatis officia maximè fuerint
commendata. Perspicuum satis huiusce,
rei sapiens præbet testimonium: *Propter Eccles. 29.*
Mandatum (inquiens) *assume pauperem,* & cap. 68.
propter inuiam eius, non dimittas eum vacu-
um. Et infra: *Transit hospes? orna mensam.*

His non absimile est quod inquit Isaias: *E-
genos vagosque induc in domum tuam.* Anti-
quorum itaque, Patriarcharum insistendū
vestigijs, qui tantò hospitalitati operam
dabant, quò magis se peregrinos & ciuita-
tem terrenam non habere sed supernam
inquirere agnoscebant: Alioquin à Iudæ-
is superabimur, qui (non obstante malitia)
agrum ex prætio sanguinis Christi eme-
runt in peregrinorum sepulturam. Ad id-
ipsum nos inuitare videtur Ecclesiastico-
rum virorum Coriphæus D. Petrus dum
ait: *Hospitales inuicem sine murmurati-
one, nec abs re, sine murmurati-
one* inquit, sunt
siquidem plerique, qui peregrinos proca-
cibus insequuntur verbis, sed & verba cō-
nectentes calumnijs, quod sæpius, vel im-
portunè ab ijs hospitalitas exigatur, quorū
peruersitatem & ab humanitate alienam
naturam relinquens, D. Pauli cohortatio-
nem attēdere malo, qui inter cæteras quas
in Pastoribus, Episcopis, atque Ecclesiæ
Prælati & rectorib⁹ requirit virtutes; Ho-
spitalitatem summopere commendauit.
Ideoque antiquitus Abbatia & Episcopa-
tus summis fuerunt ditati redditibus, vt
semper peregrinis liberæ paterent fores.
Sed heu! quanta nunc mutatio: reor ego
red-

Math. 27.

1. Pet. 4.

1. Tim. 3.

redditus illos annuos in hunc finem fuisse contributos, at modò, exquiruntur verè temporalia vt voluptatibus & genio magis indulgeatur. Quare benedicti sint à Domino qui antiquorum Patrum sectantur vestigia & Hospitalitatis imitantur virtutes, siquidem teste Epiphanio ea sola fuit Lib. 3. cons. hereth. construendi propè Ecclesias ratio, vt commodus peregrinis, ægrotisque subuenire valerent: Quod animaduertentes Principes & Reges, ea loca summis redditibus & muneribus locupletarunt.

Quorum feruorem, deuotionemque, vtinam multi nobilium hodie sectarentur. Sed heu! refriguit hodie charitas, emarcuit feruor pristinus, & quorum domus aduenis hæctenus patebant, modò, obturatæ cernuntur.

Victa iacet pietas:

Pauper ubique iacet. Hæccine est o diuites insignis vestra Misericordia? Eum ne repellere poteritis, qui in supplicationibus diuinum allegat amorem, qui vos tanquam Dominos reueretur; qui poplite flexo exigam poscit charitatem? Non paruam pollicetur remunerationem, siquidem se cunctis diebus vitæ suæ, obligatione vincit, futurum pollicens se, pro salute vestra apud

apud Deum precatorem. Verum oleum
& operam perdere me existimo dum sur-
dis cano.

*Quid iuvat ad surdas si clamet phemius
aures?*

Quod si quos fortassis contingat Mife-
ricordiae viscera patefecisse, Hos alloquor.
Non solum vos ad receptionem peregrin-
norum in ædes vestras inuito, sed & ad om-
nia charitatis obsequia, vsque ad ipsam
pedum ablutionem exhortor. Sic namque
deceat, & Sanctorum nos exempla prouo-
cant, qui non modò diuertentes ad se exci-
piebant, sed & eos per vrbium compita in-
quirebant, inuitabant, nolentesque vi o-
rationum cogebant, atque infinita charita-
tis subministrabant officia: nec quidem id
spe lucri, sed quia diuinæ futuri participes
promissionis, fieri volebant Ciues Sancto-
rum & domestici Dei. Nobilis illa, virtu-
tumque cumulis insignis Mulier Martha
Christum exceptit, sed quomodo attenda-
mus. Non alienis vtitur obsequijs sed suis;
non ancillis, ministrations iniungit officii-
um, sed sibi honoris maximi loco referuat
Christi hospitis ministerium: Hinc bene
Lucas *Intrauit Iesus in quoddam castellum,
& mulier Martha nomine exceptit illum.* Nec
abli-

1. Timoth. 3.
num. 6.

Cap. 10.

abfimile est sororis exemplum, quæ susce-
 pto Salvatore (vt inquit Euâgelista Math.)
 attulit libram vnguenti Nardi pystici pre-
 tiosi & effudit super caput eius; cuius vn-
 guenti virtus in multis enitebat, lassos si-
 quidem refocillabat artus, corporisque ba-
 ses itineris longitudine fatigatas fulciebat,
 nec non odoris magnitudine & fragrantia,
 sopitos excitabat spiritus, vnde in ea imple-
 tum est illud Canticorum: *Dum esset Rex*
in accubitu suo Nardus mea dedit odorem sua-
uitatis: quod quidem ita acceptum fuit Do-
mino, vt Phariseo murmuranti apertis al-
ternisque vocibus exprobraret: Oleo caput
meum non unxisti: ac illa unxit pedes meos.
 Opinantur nonnulli eam patrios mores in
 hoc secutam fuisse, qui id in conuiujs fa-
 cere assueuerant, vt conuiuas alacriores
 redderent. Ideo etiam ait Psalmista, Rêgi-
 us: *Parasti domine in conspectu meo mensam:*
impinguasti in oleo caput meum. Illa ergo
 moribus insistens patrijs, liberalitatemque
 sectans, liberale fundit vnguentum, adeoq;
 copiose, vt non solum capiti deseruiat, sed
 & pedes ex eo iniantur; vt quod olim fue-
 rat deliciarum fomentum, id ipsum Christo
 Domino præberet obsequium. Non hanc
 truculentæ Pharisei deterrere potuerunt
 minæ,

Cap. 1.

Luc. 7.

Psal. 22.

eri
 dia
 ra

um
 ur-
 um
 ife-
 nor.
 gri-
 do-
 sam
 que
 uo-
 xci-
 in-
 io-
 rita-
 mid
 ipes
 to-
 rtu-
 rtha
 nda-
 suis;
 ffici-
 ruat
 bene
 illam,
 Nec
 abli-

MO . PEREGRINOS SVSCIP.

minæ, non Iudæ & discipulorum murmur
diuertere potuit, sed illi, gratum esse Chri-
sto obsequium sufficit, quod quidem Do-
mini testimonio, compertum nobis esse
potest, quoniam hæc seruitus hocque mi-
nisterium ex ardenti amore, feruentique
procedebat deuotione. Quod si de humi-
li agendum sit ministerio, meminerimus
eiusdem mulieris, quomodo pedibus Do-
mini aduoluta, eos lachrymis lauerit & ca-
pillis capitis sui exterferit. Quod humili-
tatis exemplum quamplurimi imitati sunt,
id membris exhibentes quod illa capiti præ-

Sozom. lib. 7.
cap. 27.

Granat. serm.
4 in cœna
Domini.

Serm. 70.
de tempore.

buerat. Ac atius Episcopus, Domus suæ fo-
ribus patefactis, peregrinos cū summa cha-
ritate recipiebat, eisque, ad pedum usquē
ablutionem deseruiebat. Christianorum
similiter, fideliumque singulare exemplar
Diuus Ludouicus, non solum semel in an-
no pauperū pedes proprijs mundabat ma-
nibus, sed singulis sabbathinis diebus, illis
ablutis, deuotissima charitatisq; referissi-
ma infigebat oscula, idque secretò, ne for-
tassis vanam captans gloriam, promissionē
amitteret æternam. Audiamus quid Eccle-
siæ latinæ lumen Augustinus de hac re dis-
serat: *Discite Fratres à beato Abraham hospi-
tes excipere, pedes eorum cum humilitate &*
pietate

pietate lauare, lauare inquam sanctorum peregrinantium pedes, ne forte in eis remaneat puluis quem ad iudicium vestrum possint de pedibus suis excutere.

Elifæus Sunamitidem alloquens dicebat, *Ecce sedulo in omnibus ministraſti nobis;* 4. Reg. 4.

sub quibus verbis non dubium est pedum ablutionem contineri, & intelligi. D. Paulus discipulum Timotheum intruens de viduis eligendis, eam inquit eligendam, quæ hospitio peregrinos exceperit, quæ Sanctorum pedes lauerit alioquin tanto nomine indigna censebatur. 2. Tim. 5.

Tertullianus refert Christianos, viros & Mulieres adeò antiquitus Hospitalitati operam dedisse, vt summo cū animi gaudio, peregrinantium pedes abstergerent. Ideoque vxorē hortabatur ne post mortem suā secundis se vinciret nuptijs ne fortassis tanto humilitatis priuaretur exercitio, & charitatis obsequio. Vir quidam antiquus ex Gabaā peregrinum hominē in suas aedes perduxit, cui cibaria sedulo asinisq; suis, pedibus primū lotis ministrauit. Non abſimile ministeriū præbuit famulo Abrahami, pudica Rebecca, dum non solū Eliczer pedes abluit, sed etiam camelis aquā præparauit, Ergone hodiernæ mulieres peregrinorum pedes

Lib. 2. ad Vxorem.

Judic. 19.

Genes. 24.

pedes lauare reuient quia d' imaginem Dei creati sunt? Imperatrix Placilla domesticis insultantibus quod tam vilibus se daret ministerijs dicere cōsueuerat: Non me validiorem, maiorem uè existimo, illo, qui humilitatis docendæ gratia ad Apostolorū pedes prouolutus est; non præstantiorem illa, quæ in Matrem Dei electa; Humilitatis non abnuit titulum, *Ecce* (inquiens) *ancilla Domini*. D. Hieronymus nonnullas quærimonias in quasdam nobiles exercit quæ huiusmodi spernebant charitatis officia. Sunt nonnullæ (inquiens) viduæ diuites & opulentæ quæ rem suo statui incongruam arbitrentur, peregrinos hospitio excipere sanctorum abstergere sordes, & teneris manibus, hæc exercere ministeria; verū in sæculo futuro nec his similes, sanctis sociari merebuntur quibus in hac vita deservire respuerunt. Si eas oporteat paganorum exemplo confundere, Homerus id facile præstiterit, qui refert Vlysses sub peregrini specie in habitu incognito ab vxore propria cum summis charitatis obsequijs exceptum fuisse: Cui cum pedes ab ancilla lauarentur, cognitus ex cicatrice quam ab apro in iuuentute acceperat summum contulit vniuersæ familiæ gaudium.

Iocannis. 13.

Luce. 1.

Quod si tanta humilitas & humanitas in Infidelibus reperiatur, nonne rubore suffundetur Christianus, qui id abnuuit quod exercet Paganus?

QVOD HOSPITALITATIS OPERA ERGA SEIPSUM PRIMO SINT EXERCENDA.

CAPVT XXIII.

Coronidem huic operi daturus, restat ut postquam vos ad Hospitalitatē erga proximum exercēdam cohortatus sum, ut vobis ipsis eam præbeatis admoneam, siquidē ut inquit Ecclesiæ latinæ iubar Augustinus *Qui vult Eleemosynam facere ordinate, a se debet incipere, & sibi illam facere.* Par enim est ut qui charitatis cæteris impēdit beneficium, seipsum, & animam non defraudet. si ergo erga proximos hospitales sumus, summopere curare debemus ut animam accuratē tanquā peregrinā excipiamus, siquidem à Deo, cœlestis, non terrea creata est. Nec abs re. Quemadmodum enim pauper homo suscepto Principe se proprio priuat cubili ut honorificentius eum excipiat,

Y

piat,

piat, atque quiescat: ita corpus hoc mortale
& corruptibile, animam summo cum ho-
nore ob excellētiam suam excipere debet
ideoq; ei sedulò ministrare. Videat igitur
quanta eam iniuria afficiat qui peccatorum
fordibus, lutosiq; eam inquinat voluptati-
bus Sancti Patres antequā se proximis ho-
spitales prēberent, animæ sollicitam primū
curam habebant, ne eam noxijs fedarent
iniquitatibus, vt postmodum æterna fru-
posset requie. Contemnebant eam obrem
temporalia, temporalibus cœlestia præfe-
rentes, operibus virtutum animam pacen-
tes, vt interiori homine bene disposito, me-
lius, maiorque cum fructu, proximis in ex-
terioribus operib⁹ deseruire possent. Scie-
bant enim hominem peregrinum esse, ne
habere in hoc sēculo ciuitatem permanen-
tem sed futuram inquirere, in qua felicio-
ri gauderent statu, cum anima regressa fue-
rit vnde prodijt. Horum itaque exemp-
permoti, honesto in corpore, omniq; pec-
cati labe immuni animam collocare, & pe-
stea maiori cum emolumento hospitalita-
operam dabitis.

Verum nunquid contrarium passim fi-
ri cernimus? Quot namq; sunt qui corp-
splendidis adornant vestibus, delicatiss-

PARS SECUNDA. III

misque pascunt ædulijs; animæ verò suæ,
nullam vel exiguam curam gerunt. Quos
stultis assimilare fas est, qui asinū in æbur-
neo collocant cubili, filiam verò Regis in
sterquilinio reclinant: Corpora, asini sunt,
at anima summi est Regis filia. Hanc itaque
spreto corpore honorifice reclinare decet,
nec (vt tritum fert adagium) afflicta, magis
affligenda est. Si quidem ipsa in hoc exilio
vitæ, iniquitatibus aggrauata, omnis est ex-
pers consolationis. Iura itaque hospitali-
tatis violat, quisquis animæ consolationi-
bus demptis, corporalibus insistit delicijs.
Hinc & Bernardus rectè carnem ad monet,
sedulam animæ habere curam, vt ipsa vi-
cissim Deum roget, vt caro quæ suas spre-
uit delicias, gloriam, gloriæque incremen-
ta habeat in futura requie. Denique me-
mentote peregrinorum illorum, qui ad æ-
ternam tendentes patriam nec dum solu-
tis debitis, purgatorijs detinentur in locis,
atque cremantur ignibus. Vestris oratio-
nibus, eos meliori locate in statu. Animam
ergò vt decet excipite. Peregrinos, hospiti-
js recipite, animarum peregrinantium mi-
seremini, quoadusque peregrinatione vitæ
peracta, induamini virtute ex alto, & lumi-
næ æternæ gloriæ.

DE QVAR.
TO MISERICOR-
DIÆ OPERE.

NVdatos qui veste tegit, la-
tusque laborum
Sponte pijs inopes manib⁹ qui
velat amictu,
Illius omne teget crimen Deus
ille beatus.
Viuet inextincta super aether
fede coruscans.

bus, suis se spoliare indumentis, vt facilius inimici conatus eludant. Sic Ifadas Lacedemoniensium dux suorum inimicorū repressit impetum. Cernens namq; Epaminondam, Thebæorū valida manu, Spartiatis impetere, vt vi, eorum vrbe potirentur; protinus depositis vestibus nudus, manu altera hastam tenens, altera gladiū vibrans, in medias hostium, prorupit acies, adeo generose concertans, vt fracto inimicorum impetu hostibusque in fugam versis, gloriosum reportarit triumphum. Haud secus Fidelium omnium dux Iesus Christus, cum cacodæmone confligens, nudus in cruce, victoriæ reportauit trophæū. Inde similiter mouebatur patientissimus Iob, vt concertaturus cum Sathan in sterquilinio nudus resideret, Hinc item mouebatur adolescens in horto Gethsemani, vt relicta syndone nudus profugeret ab eis, hoc est ab inimicis. Ideo, Religiosis Ordinem sacrum intransibus, vt hostiles frangant impetus, vestes auferuntur, adeoque nudi in illo statu remanent, vt fas eis dicere non sit, hæc vestis mea, vel tua est, vt rectè aduertit Cassianus, indeque fiet, vt qui cordis animique præualent viribus, in

Plutarch.

Cap. 7.

Marci. 14.

In Collat.

extrema die, nudi fugam capturi sint, iuxta Prophetiam Amos: *Robustus corde inter cap. 2. fortes; nudus fugiet in illa die.*

D. Franciscus moriturus vestibus omnibus spoliari voluit. Sciebat namque, in bellis temporalibus milites omnes, ducesque armis circumcingi quibus inimicorum eludant ictus, sed in conflictu spirituali eum de hoste gloriari qui nudus concertaret: Ille igitur spirituales superat hostes, qui voluntarie se nudans, alterum contegit, ut in pugna liberior sit. *Nudus eras, o mi Iesu! ut nos pugnae spiritualis normam, modumque edoceres, instrueres inquam vestes deponere, ne luctaturi, vnde succumberemus haberemus. Nam (ut recte inquit D. Gregorius) luctandum nobis cum diabolo est, ille ^{Hom. 32. in} nudus est nihil possidens, nudemur & nos; ^{Matth. 16.} si enim cum nudo luctetur vestitus, citius succumbit quia habet vnde teneatur. Solebant olim luctaturi, vestimentis omnibus exui, atque oleo perungi, ut facilius arripientis, vel corripientis inimici manus euaderent; at luctaturi cum Diabolo, eius infensissimas manus, nulla arte nulloue modo euadere meliori possunt, quam si spretis omnibus nudi*

cum illo luctentur. *Nudus eras!* vt mundanorum superfluitates vestiumque luxum condemnares, atque sublannares. Ecquis iure id non faciat? quis tantarum vanitatum abyssum non irrideat? Diogenes, intuitus hominem quendam in medio fori, veste purpurea superbientem, sic allocutus est: Animal illud quod purpuram operatum est, ad instar tui, non gloriabatur. Alius quidam, adolescentem bysso vestitū, sic affatus est: Amice, vidi non dudum vermiculum hanc byssum deferentem; at modò, stupidum illam portat animal. Tertulianus, mulierum Mundanarum pompas inutiles depingens; *Sylvas* (inquit) *ferunt tenui ceruice.* Et vt meam illorum opinionibus iungam sententiam, filia Mundanorum hodie circum ornata sunt vt similitudo templi, dextraliola adeò ampla possident, ijsque ornantur vt brachijs alas impofuisse videantur quibus in inferni profunda volitent; torquibus autem ita varijs colla circumcingunt vt potius bruta animalia, quam creaturæ rationales videantur: capilli sic artificiose annulati, implicatique sunt vt ad instar telæ arenearum, ad aucupandos homines, (vt ista ad muscas capiendas) compositi censeantur. *Nudus eras!* &

*De pall. &
hab. mulier.*

quotidie in pauperibus nudus es, vt multis patefecisti exemplis. Refert Thomas Cantipratensis, dominū cuidam Comiti Charuliano & Bloisensi nomine Theobaldo tremulum & nudum apparuisse; cui cum vestimenta largitus esset, nudum solo circum amictum indusio remansisse. Marcus Marulus, scribit Petrum, cognomento, teloniarium, pauperem quendam seminudum suis cooperuisse vestibus; quas ille, suo, statui repugnantes iudicans, statim in foro expositas vendidit, quod animaduertens Petrus, se illico indignum qui pauperi subueniret iudicauit. Verū, omnium bonorum retributor Deus, quam sibi gratum opus fuisset demonstrauit. In iisdem namque vestibus viro supra dicto visibiliter apparuit, ex quo liquido collegit, se non pauperi, sed Christo vestimenta sua contulisse.

Lib. 2.
apum.c. 22.
P. 14.

Lib. 1. c. 2.

eccl
dia
ra

Denique nudus erat Redemptor tuus o homo! vt amoris magnitudinem quò erga te afficiebatur ostenderet, in cruce nudatis pendens visceribus, non quidem nuditatē abscondens, sed quàm pro nostra natura carnis assumpserat infirmitatem propalās. Eodem vsus fuerat erga nos amoris testimonio, dum in vitæ primordio, nudus in

Y § præ-

præsepio reclinari voluit; quod non minus præfagebant tot vitæ tormenta, totq; corporis nudationes tum ad flagella, tum ad subsannationes & opprobria sustinenda. *Nudus eras*, similitudinem præterferens peccatoris, *in similitudinem carnis peccati*, quia post peccatū, non ante mandati transgressionem, protoplastus Adam suam cognouit nuditatem, ex qua eum, oculis iam apertis puduit. Ideoque iure dicere poteris in extremo iudicij die; *Nudus eram*, quamuis omni tempore cum æterno patre, homines vestire studueris.



QVOD DEVS A CREA-
TIONE MVNDI, DE FACTO
ET EX ORDINATIONE PRO-
uiderit vt nudi vestirentur.

CAPVT XXV.

SVMmus ille rerum omnium artifex De-
us, a mundi primordio nudis vestimen-
ta prouidit: nunquid cælos lumine, & cla-
ritate tanquam indumento vestiuit: nun-
quid

Genes. 1.

quid astris, stellis, luna, sole, nubibusque
decoravit? *Ille* (inquit David est) *qui o-* *Psal. 146.*

perit cœlum nubibus. terram diuersi gene-
ris arboribus, plantis, floribus, atque vi-
ridantibus herbis contextit? Ab initio
Mundi volucribus cœli plumas; bestijs,
animantibusque terræ pelles, & pilos; pis-
cibus maris, squammas quibus vestirentur
tribuit. Cum piscis Barbius (vt aduertit
Doctissimus P. Ludouicus Richeomme
Societatis Iesu) requiem captare vult, *In valedict.*
vbicumq; reclinari voluerit, dulcissimum *ai.e: colloc.*
reperit cubile, aquisq; quasi cocco conte- *62.*

gitur: dum surgit vestitus est, atque stratum
proximæ quieti paratum denuò relinquit.
Non est animal adeò exiguum nec plan-
ta adeò tenuis, quæ non homine melius,
vestita sit, vt facile Saluatoris testimonio
claret: *Considerat* (inquit) *lilia agri quo-* *Matth. 6.*

modo crescunt, non laborant neque nent di-
co autem vobis quoniam nec Salomon in om-
ni gloria sua; coopertus fuit sicut vnum ex i-
stis: Homo namque nudus & inermis crea-
tus à Domino fuisse dicitur; & vt loquuntur

Theologi, *in puris naturalibus non habens* *Scot. in 1.*
pro indumento neq; iustitiam originalem *sentent.*

neq; peccatum, sed solam perfectionē na-
turæ vt cœtera animalia. Verùm tutiorem
opi-

*S. Thom. in
sum.*

Ezech. 16.

opinionem existimo, docentium eum in creatione splendidissima, præciosissimaque Innocentiæ veste fuisse indutum, adeoque illam possedisse ut ne quidem vel momento illa caruerit; quæ quidem vestis regalis erat diuersis decorata coloribus, ut veritas in ea eniteret quam per Ezechielem Dominus eloquitur, inquit: *Vestiu te discoloribus*, continebat siquidem in se virtutum omnium summam & vniuersitatem. Fidem, Spem, Charitatem, Prudentiam, scientiam, Fortitudinem, Temperantiam, Continentiam, castitatem, Patientiam, Obedientiam Mansuetudinem, Humilitatem, & alias eiusmodi virtutes. O admirandam vestem qua homo in sua creatione induitur! Per illam namque, sicut sol sua claritate gaudet; ita pollebat gratia: & sicut lilia candore nitent, sic Innocentiæ resplendebat nitore. Verum inobedientia hominem hac veste priuauit, dum temerariè sibi scientiam boni & mali conciliare appetijt unde factum est, ut ambo nudos se conspicientes, in densissimas paradisi arbores confugerent. At Deus Misericordia motus non obstante Inobedientia atque rebellione, ut nuditati eorum, vlcerique (laxi siquidem fuerant in partibus animæ à diabolo)

me-

mederetur, & vt contra quatuor elementorum vim iniuriamque muniret (quæ in eos per peccatum dominum acceperant) eos pelliceis induit tunicis, vt scriptura testatur: *Fecit Deus Ade & uxori eius, tunicas pelliceas & induit eos, quas ex nihilo creauit,* inquit Aug: stupidū namque & asinum foret dicere, Deum ad instar lanionis pelles detraxisse ab animalibus, quibus hominem contegeret.

Genes. 3.
in Psal. 103.

Homini igitur metalla, herbas & animalia contulit, vt commutatione facta sibi vestes comparare valeat. Prouidit ergo de fa-
cto animalibus; at humanæ naturæ, ex Or-
dinatione, dum animalibus hominum indumenta deferenda donauit. Ille est, qui Ioannem Baptistam in deserti medio, cameli pelle contexit; Is ipse est qui Antho-
nio vestem in eremo ex folijs palmarum contexit. Ille est, qui vnigenitum filium, naturæ nostræ imbecillitate, in temporis plenitudine circumdedit. *Habitu* (namq;) *inuentus est vt homo.* Qui eundem in gloriosa transfiguratione vestibus candidis, gloria & honore, summaque circumuoluit claritate; & gloriosius in sublimi Ascensione decorauit: quod præuidens Regius vates, iure inquebat: *Amictus lumine si-*
cut

Mar. 1.

In legend.

Philipp. 2.

Psal. 103.

Tob. 4.
e. 58.

Cap. 2.

sicut vestimento. Quorsum hæc? vt hominem ipsum nudos cooperire, nudorumque misereri, edoceret. Hinc enim, non solum verbo, sed & hanc doctrinam exemplo pectoribus nostris insculpsit. Verbo docebat, dum per Tobiaë antiqui eloquium sic illius filium hortabatur: Vestimentis tuis nudos tege. & per Isaiam: Cum videris nudum operi eum & carnem tuam ne despexeris: Similiter per Apostolum Iacobum: Si autem Frater aut soror nudi sint & indigeant victu quotidiano, dicat autem aliquis ex vobis, illis: Ite in pace calefacimini, & saturamini, non dederitis autem eis que necessaria sunt corpori, quid proderit? Hæc sedulo perpendite & considerate.



QVOD

¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶¶

QVOD NATVRA IPSA
NEC NON PAGANI, SOLO

NATVRÆ LVMINE ILLV-
strati nos doceant vestire
nudos.

CAPVT XXVI.

Non solum Deus nos pauperum mem-
bra nuda contegere docet sed & ipsa
natura; cū homini pellem deliciosem quā
ceteris animalibus indiderit; quæq; ingru-
entiū malorum, calamitatum, atq; elemen-
torum intemperie minus ferre valeat. Nam
pilis caret quibus se contegat ac muniat,
ad instar quadrupedum; non squammas ha-
bet vt pisces maris; non lana vestitur, vt o-
ues, non plumis contegitur, vt aues; non a-
culeatis munitur armis vt Herinacij, nec si-
milibus fruitur beneficijs, que animalibus
natura nō negauit. Si igitur natura vestimē-
to priuasse hominē videtur, Ratio atq; na-
turæ instinctus nos instruit, vt illa ei de-
mus, quæ ipsa negauit. Ided Infideles qui
Redemptoris nullam habuere cognitionē,
& tamen nudos vestierunt, in Christianos
insur-

erit
dicit
ca

nomi-
orum-
non
in ex-
Ver-
ti elo-
Vesti-
Cum
tuam
olum
nudi
at au-
cale-
is au-
uid
70D

insurgent vindictam exigentes, ab eo, cui
 omne iudicium à Patre datum est; quorum
 è numero, aliquos in medium adducere nõ
 pigebit. Ptolomeus Thebæorum validissi-
 mus dux, ita à iuventute petentibus Elee-
 mosynam, tribuere consueverat; vt militi
 cuidam roganti, cum nihil tunc temporis
 quod dare possset, haberet; nudatis pedibus
 suis proprios calceos, beneficio vocè hanc
 connectens; porrexit: Accipe sint tibi in-
 commodum: malo namque pedibus nudis
 incedere, quam te nudū in necessitate de-
 ferere. Quid ad hæc Christianus dicere po-
 terit? Si Etnic⁹ se proprijs, (vt pauperi sub-
 ueniat) priuet commoditatibus, nulla di-
 uinorum præmiorum retributione alle-
 ctus; quam rationem daturus est Christia-
 nus, si cognitis Dei promissionibus, idem
 non fecerit? quantum pudebit, quantoque
 suffundetur rubore, in hoc ultionis, atque
 exprobrationis die! Simon Atheniensis fi-
 lius Miltiadis, maximum Nobilium secum
 circumducebat comitarum, quos, (nudis
 pauperibus inuentis) exui vestibus, paupe-
 ribusque indigentibus elargiri imperabat.
 D. Martinus adhuc Cathecumenus dimi-
 diatam chlamydem pauperi seminudo, qua
 contegeretur liberalissimè porrexit.

Epami-

Plutarch. in
vit.

Sen. Sulp.

Epaminondas vocatus quondam vt Ci-
 uili interesset concursui, nequiuit interes-
 se, quia tunicam pauperi dederat, nec præ-
 ter illam quam lauabat, habebat. Vale- *Lib 4.c.8.*
 rius Magnus summis extollit laudis enco-
 mijs hominem Agrigentinum opibus af-
 fluentem, sed in Misericordia vberio-
 Gilliam nomine; quod is non solum pere-
 grinos omnes suo exciperet hospitio, sed
 etiam nudos artus contegeret: ita vt vna
 die quingentos viros, quos vis procellæ in-
 suum expulerat portum vestibibus nouis in-
 duxerit. Pudeat Christianos à paganis supe-
 rari, quibus nulla diuinitatis, Deique nostri
 inerat notitia! Iudices attamē vestri erunt,
 in vestræ confusionis augmentum. *Herodot.*
 Ægyptij, Palladis statuam ditissimis, decorabant
 ornamentis; tu verò Christiane, Dei imagi-
 nem Christique in paupere membra nuda
 derelinquere poteris? Iure sanè in similes
 exurgent, eosque iniquitatis ac sæuitiæ re-
 darguentes, vindictam exposcent. Ne hi
 soli, sed & hij quos inferius
 recensebo.

¶



Z

QVOD

QVOD SANCTI ET
 SANCTÆ, QVINOS SVO EX-
 EMPLO AD NVDORVM CON-
 tectiōnem incitarunt, in inhumanos inu-
 recturi sint, & cum gaudiō hanc vocem au-
 dituri; Nudus eram & operui-
 stis me.

CAPVT XXVII.

SI Paganorum infideliumque exempla
 Christianorū hominum corda non fe-
 rierint, nec ad nudorū artuum contectiō-
 nem incitare potuerint, saltem Sanctorum
 Patrum exempla vim tantā, tantumq; ro-
 gur habitura existimo, ni fortassis duriora
 adamante, saxoque corda possideant. Quis-
 nam autem illā, scripturæ sacræ paginam
 reuoluens, sole clariora non videat? Adest
 in primis pudicitiae exemplar Ioseph, qui
 tegenda nudorum mēbra premōstret; vo-
 luntariē siquidem chlamyde se nudauit,
 vt impudicæ mulieris effrenatā tegetet li-
 bidinem. Deinde ad honorum, Imperijque
 fastigiā subuectus, nonne binas Fratribus
 suis stolas dari imperauit, Benianim vero
 dedit trecentos argenteos, cum quinque
 stolis

Genes. 39.

Cap. 45.

stolis optimis, tantundem pecuniæ & vesti-
 um mittēs patri suo? Booz insignis ille Pa-
 terfamilias viduam Ruth ora chlamydis, *Ruth. 3.*
 parteque strati contexit. Quem vtinam!
 multi insectarentur, tantamque pietatem
 imitarentur, in orphanis filiabus conte-
 gendis; non passim illæ cum summo hono-
 ris periculo circumcursitantes cernerentur,
 vt vestimenta conquirerent, quibus dum
 carent circumquaque cursitant, honorem,
 castitatemque prostituentes, vt ea sibi
 comparare possint: quæ tamen, tantum
 facinus aliàs perpetrare nollent, nisi
 necessitate compellerentur, vt certò com-
 pertum est. Cui malo obuiantes Romani,
 Monasterium quoddam Sanctæ Catharinæ
 construxerunt, in quo filiabus de necessa-
 rijs prouidetur, ne necessitate coactę in ne-
 fandum meretricum crimen prolabantur.
 Ionathas, non solum suis se priuauit vesti-
 bus, vt Dauidi sibi intimo prouideret, sed *1. Reg. 18.*
 omnibus sese exiit, vt rectè scriptura nota-
 uit, inquit: *expoliamus se Ionathas tunica
 qua erat indutus, & dedit eam Dauid, & reliqua
 vestimenta, vsque ad gladium, & arcum
 suum, & vsque ad Baltheum suum.*

Z 2 Elias

4. Reg. 2. (inquit D. Hieronymus) mundanam de-
Ad Iulian: rens chlamydem. Tobias senior nudos ve-
 stibus operiebat, id sacro testante eloquio
Cap. 1. nudisque vestimenta praebebat. Ad id ipsius
 filium hortabatur inquiens: *vestimentis tu-*
is nudos tege.
Cap. 4. Iob grauter molesteque ferebat, si quos-
 dam nudorum inopia non miserescentes cer-
 neret, atque furore, & indignatione concu-
 tus dicebat: *Nudos dimittunt homines indu-*
Cap. 24. *menta tollentes, quibus non est operimentum in*
frigore, quos imbres montium rigant, & nubes
habentes velamen amplexantur. Lapidem qui
fecerunt depraedantes pupillos & vulgum pau-
perem spoliauerunt. Nudis & incedentibus
absque vestitu, & esurientibus tulerunt spoli-
cas, &c.
- Luc. 3.* Qui duas (inquit D. Ioannes) habet tuni-
 cas alteram tribuat non habenti: quod con-
 sulit, tum propter honestatem, cum prop-
 ter necessitatem.
- Luc. 15.* Clementissimus ille Filij prodigi Pater
 cum nudum ad se reuertentem animaduer-
 tens, humillimeque veniam deprecantem
 cito (inquit) proferte stolam primam & in-
 duite illum, & date annulum in manum eius
 & calceamenta in pedes eius.
- Surius.* Serapion admirandae sanctitatis vir, ero-
 gat

gatis quæ possidebat vestimentis, sub dio & frigore sedens, vna dierum cum Euangeliorum librum præ manibus haberet, interrogatus quis eum in hunc modum denudasset, protinus respondit: *Id* (inquit) *me denudauit*, Euangeliorum ostendens codicem; nec mirum, cum probè noscet, quanta repromissa essent in Euangelio ijs qui nudos suis cooperirent indumentis.

Seraphicus Pater, paupertatis strenuissimus amator, sed & pauperum clementissimus adeò Pater, & adiutor erat, vt si quempiam pauperem obuium habuisset, qui vilioribus foret contactus panniculis, subito se exuens, eum protinus suis induebat, indignum existimans vt quis se pauperior in mundo existeret.

Hinc cum militem quendam nobilem quidem genere sed inopem rebus obuium *Bon: in, vit.* insperato habuisset occursum generosi Regis & pauperis Christi memor effectus, tanta fuit erga virum pietate permotus, vt decencia quæ sibi de nouò parauerat, indumenta deponeret, illumq; protinus se nudato vestiret. Docebat insuper, subtrahenda potius altaris paramenta, quam pauperem nudum, in sua nuditate & indigentia deserere, prius namque viuos Domini parietes

Z 3 rietes

rietes induendos censebat, deinde materiales. Vnde cum Senis rediens super habitum mantello contactus incederet, obuiam factus cuidam pauperi, statim, inopiam eius aduertens, Fratrem sibi socium sic affatus est: Demus Frater mantellum huic inopi, eius siquidem est: Nam illud commodauimus quoadusque in paupertate pauperiorem reperiremus, alioquin à summo largitore poenas sumemus, ni pauperem, nostro subleuauerim⁹ auxilio. Ideoque, vestimenta sibi porrigentem precabatur, vt inuento indigentiore, sibi illa erogare liceret.

Sanctus Osualdus, solitus erat annuatim in hebdomada Sancta pauperes duodecim nouis induere vestimentis. Duo alij Patres, nō minoris Sanctitatis, quam charitatis viri, vestimenta propria, mortuorum vestiendis corporib⁹ liberrimè distribuebāt.

Cum die quadam Ciuis opulentissimus Alexandrinus, Ioanni Eleemosynario vestem sumptuosam, quā secundū dignitatis exigentiā indueretur, obtulit. At ille eā statim vendidit, vt pauperib⁹ nudis subuenire posset: Illicitū (inquiens) est, vt ego qui pauperum sum pater & tutor, opulētis vestiat indumentis, pauperes verò nudi frigore consumātur. D. Gregorius, (Magnus re ap-

*Surius. pag.
215. & 266.*

*Metaph. in
vit.*

*Lib. 1. Diab.
cap. 9.*

re appellatus) refert Bonifacium Episcopū Ferentinum dum adhuc puerilem ageret ætatem, solitū fuisse proprijs se spoliare vestibus vt pauperibus succurreret, eo quod eorum nuditati compatiens rubore suffunderetur: vnde fiebat vt sæpenumero absq; tunica, vel superpelliceo domū repeteret, quamuis à matre grauitè repræhēderetur.

Carolus Flandriæ Comes singulis hebdomadib⁹ consueuerat tredecim pauperibus, tredecim nouos habitus impertiri, cū totidem indusijs atq; calceamentis. Florimondus de Remond, Beati Patris Ignatij de Loyola Fūdatoris Societatis Iesu meminit, refertque, eum simulatè, ad parentes inuisendos arrepto itinere, recta ad Montem ferratum contēdisse. Cui cum in via obuius pauper factus fuisset commutationem Glauci & Diomedis renouauit. Porrectis namque illi decentibus, quib⁹ indutus erat vestimentis, pauperulas accepit, sumptaq; pauperis pera, illi opulentam bursam liberalissimè impendit, omnia excepto ense commutans, quem, vt miles Christi euaderet in Ecclesia appendere volebat. Quam magna multitudo cernitur Religiosorum, tum virorū, cū mulierū, qui propter amorem Iesu Christi, mundanis omnibus vale-

*Christ. Masse-
us lib.16.
Chron.*

vt miles

Z 4 dixit

dixerunt vanitatib⁹, sumptuosisque se spoliarunt indumētis, vt Christū lucri facerēt, quos tamen mundana fatuitas non solum deserit, sed & contemnit ! Quotusquisque nobilium inuenitur qui nuditati pauperū Christi subuenire contendat?

Rara avis in terris nigroque simillima cigno.

Quid vltra eloquar? quid ad hęc adijciam? nisi plerosque sanctos suis se cum summa animi alacritate spoliasse vestibus, vt pauperum membra contegerent, potius optantes sine vestibus remanere, quam absque misericordia in conspectu Dei comparere, vt hinc nobis ad similia facta exequenda calcaria præberent. Nunquam scribenti deesset materia, si omnes recensere vellem, qui pauperibus vestiendis sedulam nauarunt operam. Sufficiant igitur hi quos superius in medium produxi, cum virtutibus præditissimis mulieribus, quas ordine inferiori subnectere in animo est.

Genes. 27.

Prudentissima mulier Rebecca, filium suum Iacob optimis fragrantissimisque induit vestibus, pelliculisque manuum nuditatem cooperiens, colli simul nuda contexit.

Beatissima virgo, totius puritatis atque sanctitatis mater, filij sui in præsepio reclinati

nati tenerrima membra infantilibus alle-
gavit fascijs, pannisque inuoluit. vt eū con-
tra hyemis, & frigoris iniuriam muniret.
Quinimmo appropinquāte exitus sui ho-
ra filio suō adoptiuo D. Ioanni imperauit
vt duas tunicas, viduis duabus vicinis largi-
retur.

Olympias deuotissima, tempus omne si-
bi creditum pauperibus, cæcis, claudis, lan-
guidisque vestiendis insumebat. Niceph. lib. 3.
histor. c. 24.

Sancta Elizabeth Ordinis D. Francisci
Hungarorum Regis filia, atque supremi
Regis famula, vt liberius egenos nudosque
vestire valeret, propria indumenta repe-
ciabat de saxis & alijs panni particulis. Marcus
Marullus.
Cumque vna dierum, non contenta nudis
subuenisse viuētib; cernens hominem
mortuum absque linteo & sarcophago in-
humandum deferri, protinus dempto quō
erat amicta velo, eius corpus misericordi-
ter inuoluit.


Scriptis traditur, virginem Deo sacram
Toram nomine in monasterio Thebaidæ, In vit. Patr.
nunquam noua suscipere voluisse indu-
menta, ea sibi magis exposcens quæ diuer-
simode fuerant lacerata, vt potius conso-
daliū suarum subueniretur necessitati,
quam suæ. Hanc paupertatem imitentur

Religiosæ, summi, æterniq; Regis famulæ.

Apparens die quadam Saluator noster Virgini nobili sed & virtute præclarissimæ Catharinæ Senensi, in habitu peregrini, ab ea habitū quæ erat induta sibi tribui poposcit: quem protinus extractum, cum summa animi lætitia licet incognito porrexit: Quæ cum sequenti petitione denuo tentaret atque vltimum quæ induta erat habitum exposceret; illa sicut modestè ita prudenter respondit: lubentissime illum tibi si honestati responderet donarem. Eius proculdubio meminerat, quod in Apocalypsi scriptum legimus, *Beatus qui vigilat, & qui custodit vestimenta sua ne nudus ambulet, & videant turpitudinem eius.* Nunquid hoc pudicitia specimen mundanarum hodie mulierum impudentiam, & impudicitiam arguet? quæ carnis suæ candorem ostētantes, laqueos animis hominum parant; quibus eos pertrahant in interitum. Pudeat viros (si tamen virorum nomine digni sint) qui vel ab vxoribus, vel à prolibus suis talia fieri patiuntur. Sulpitius Gallus non ob aliam causam vxorem repudiasset, nisi quod nudo capite foras exijsset vt capillorum pulchritudinem ostentaret. Non ergò hoc modo mulieres nudari consulo, sed in vestitum

Apo. 16.

stium superfluitatibus & abundantiori copia; vt ijs nudi contegantur. De quibus plura in sequentibus adijciamus.



QUALIA PROEMIA
RECEPTURI SINT, QUI NUDOS
CONTEXERINT.

CAPVT XXVIII.

Quamuis magna illa sint quæ in diuinis promissionib⁹ continentur præmia; atque eximia in hac voce: *Venite benedicti Patris mei percipite regnum &c.*

Nudus eram & cooperuistis me, futura sit lætitia: mille tamē alias possidebunt benedictiones. Probi illi filij Sem & Iapheth benedictionē diuinam cū paterna meruerunt, quod nuditatem patris operuissent. Nam Patriarcha Noë è graui somno quō *Genes. 9.* oppressus fuerat euigilans, se pallio inuolutum cernens causā inquisitā, veritateque cōperta, supradictos dictos filios hoc modo benedixit: *Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan seruus eius: Dilatet Deus Iapheth, & habitet, in tabernaculis Sem, sitq; Chanaan seruus eius.* Ex

mula.
oster
fima
i, ab
pop.
mma
Quā
et at
n ex
enter
one.
uldu.
crip
ui cu
Cui
c pu
e mu
m ar
ntes,
tibus
viro
qui
ia sic
aliam
quod
orum
hoc
in ve
stium

Gen
dia
ra

Cap. 9.

Ex actibus Apostolorum constat viduā quandā (quæ Dorcas vel Tabitha vocabatur) omnem substantiam in vsus pauperū, atque viduarum distribuisse. Hæc cum in Ioppe animam Deo reddidisset essetq; Petrus in Lydda ; discipuli aduocatum Petrū in cœnaculum in quo iacebat cadauer induxerunt : quem statim circumsteterunt omnes viduæ flentes, & ostendentes ei tunicas, & vestes quas faciebat eis Dorcas; ut hoc pietatis opere ad eius suscitationem moueretur. Petrus autem in Spiritu cognoscens, Christum non denegaturum viduæ defunctæ, quod viva membris eius exhibuerat, oratione facta conuersus ad illam dixit: *Tabitha surge*; Quæ protinus aperis oculis viso Petro resedit, spiritumque quē reddiderat recepit. En Prophetia Ezechielis in illa adimpleta est; nempe; quod is qui fecerit misericordiam, iudicium, & iustitiam vita viuet, & non morietur. Hoc idipsum prædixerat Isaias, inquit: *Cum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne despexeris: Tunc erumpet quasi mane lumen tuum, & sanitas tua citius orietur, & auertit faciem tuam iustitia tua, & gloria domini excitabit te; hoc est a somno mortis. O eximia præmia, dignamque operibus Misericordie*

Cap 18.

pro-

promissionem! En ipsa quæ vitam morte commutauerat pietatis beneficio, vitæ pariter priuilegio fruitur. Quare? quia viduarum, pupillorumque nuda membra vestibus operuit. Tale decet Misericordes proemium! maiora connectamus.

Cum D. Martinus sub Imperatorum militaret insignijs Christianæ militiæ necdum adscriptus, cum pauperi cuidam sty-
 pem mendicanti, nihil præter vestes, & arma haberet quod elargiri posset; protinus conscissa parte chlamydis, eam illi largissimè tribuit. Nocte verò sequenti cum lassata somno membra reficeret, vidit in somnis Dominum parte chlamydis amictum, Angelorum multitudinem his affari vocibus: *Martinus adhuc Cathecumenus, hac me veste contexit*; Ecce gloriam & honorem à Deo & Angelis pro modica vestis elargitione reportat. Si proh dolor! diuinæ emulilaudis essemus, sicut mundani rumoris amatores; quot pauperes per dies singulos vestiremus? Cum autem Turonensis Episcopus factus esset, videns hominem nudum in porticu templi, eum subitò in sacristiam pertractum, indusio quem sub tunica gestabat induit; adeò vt postmodum pontificatibus indutus celebrans, dum sacram ele-
 uaret

Sener. Sulp.

Surius.

*Marcus mar-
 rulus lib. 1.*

uaret hostiam nuda brachia omnibus apparerent, quæ tamen antequam, demittere valuisset, insignita gemmis, auroque visa sunt. Vnde facile colligere est Deum gloriæ lumine induturum eum, qui ob amorem eius pauperum nuda mēbra, contextur, cum vile istud corruptibileque corpus, transformabit in lumen gloriæ suæ.

Philip. 3.

zon. in vit.

Cum Seraphicus Pater nudatum militē recentibus quæ sibi parauerat vestimentis contextisset, nocte sequenti, cum se sopori dedisset, palatiū spatiosum, & magnum cum mirabilib⁹ armis, crucis signaculo insignitis, is pro cuius amore militi egeno subuenerat dignatiua sibi reuelatione monstrauit: nec nō sua fore militumq; suorum subasseuerationis certitudine repromisit. Vnde claret Deum non futurum ingratum erga eum, qui nudos operiet.

*Ex Greg. pp. l. 1
hem: 39. in
Euan.*

Epiphanius Diaconus cuiusdā monachi meminit (cui nomē Martyri⁹) qui inuentū leprosum in via defatigatū, debilem & nudum, suā chlamyde inuolutū, humeris imposuit. Verum cum leprosi qui nihil penè ponderis inferebat, leuitatem miraretur, exilijt ab humeris, & se in forma visibili, quā in nostra infirmitate dignatus est apparere, Christus demonstrauit, operi munifico

fico largā reddens promissionis retributionem. Dicebat enim. *Quia in terris me non erubuiſti ſed in habitu leproſi mātello excepisti, te ſimiliter non negabo corā Patre meo. & Angelis cœli.* Ex quibus historijs conſtat non exiguum eſſe proemium illis paratum qui nudorum curam in hac vita habuerint.

Adhæc illæ veſtes, illa que quæ pauperib⁹ largiti fueritis indumenta, proculdubio in cœlis reſtituentur, cum plerumq; ea in terris reddat Deus; vt exemplo Sanctæ Elizabeth conſtat, quæ, datā veſtem importuno pauperi valoris eximij à Deo mirabiliter recepit. Inſuper duplicibus decorabuntur indumentis gaudio nempe ſpiritali, nec nō latitia corporali; vno interiori, altero exteriori: *qui enim vicerit* (per charitatē, & mundanarum veſtiū contempſerit ſuperfluitates) *veſtietur veſtimentis albis*, non veſtimēto, ſed *veſtimentis albis*. Ideò Salomon loquens de domeſticis Dei, eorumq; referens ornatum, inquit: *Omnes domeſtici eius veſtiti ſunt duplicibus*: Nec abſimile eſt q̄ Iſaias vaticinatur, his verbis: *In terra ſua duplicia poſſidebunt*. Quid mirū? *Addidit* (liquidē) *Deus omnia quæcumque fuerant Iob duplicia*. Is enim erat, qui hoc modo loquebatur:

Si deſpexi prætereuntē, eo quod non habue-

Conrad. in vit.

27
11
12

rit indumentum, & absque operimento pauperem. si non benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum calefactus est humerus meus à iunctura sua cadat & brachium cum suis ossibus confringatur. In iuste igitur & inque, eum repræhendebat Eliphaz Themanites, quasi si naturæ documento spoliasset. Induite ergò Christiani nudos indigentes, vt cum iusto viro Iob omnia duplicia recipiatis, vt tunicam polymitam, à summo Iacob, Deo inquam omnium bonorum retributore accipiatis, nam anima omnis quæ in hac vita misericordix insisit operibus, in cælo variatis induitur vestimentis. Hinc benè Psalter Regius: *Assit regina (id est anima) à dextris tuis in vestimento deaurato, circumdata varietate.* Denique induetur Misericors veste quadam quæ finem habitura non est; Charitate inquam vestietur, quæ teste Apostolo, *nunquam exsistit.* licet enim Fides finem tunc temporis habitura sit, cum anima Deum non in speculo & in ænigmate, sed facie ad faciem inspectura est: & Spes similiter peritura, illa gaudente Deo suo, in quem omnium desideriorum anchoram fixerat; nunquam tamen charitatis veste priuabitur, quin immo per-

Cap. 31.

Cap. 22.

Genes. 37.

Psal. 44.

1. Corinb. 13.

fectiori & perfectissima, inuestietur, Vt ergo hac veste donemini, pauperum laceros nudosque artus vestris contegite indumentis, ne in Immisericordium tormenta labamini, & ea vestro damno experiamini.



QVOD IMMISERICORDES, OMNIBVS SPOLIATI

VESTIMENTIS ASPERVUM
Frigus, intensosque Calores
experturi sint.

CAPVT XXIX.

Nillum hominem adeo suae sortis oblitum, atque a rationis rectitudine extorrem arbitror, qui superioribus aurem dans exemplis, diuinaque attendens praemia, ad pauperum subleuationem non accendatur. Quod si fortassis, totius perfectionis, naturalisque bonitatis oblitus, nec praemia spectans, nec exempla sequens ad ea quae sui muneris sunt incitetur; eum saltem vel intentata supplicia terreant. Quae quidem tanta sunt ut illorum sola consideratio hominem ad sui muneris officijque

A a exe-

Handwritten marginal notes in a cursive script, possibly including the word 'etiam'.

o pau-
eius,
tus est
rachi
ste igi-
liphar
mentu
imen-
nudos
nia du-
itam, a
im bo-
anima
infilie
vesti-
Asitit
vestim
enique
quae fi-
equam
am ex-
mporis
in spe-
iem in-
ara, illa
m defi-
amta-
nimmo
per-

cap. 23.

cap. 26.

I acob. 5.

s vit. Paul.
e mit.

executionem impellere possit. Dominus in primis, minacibus filiam mundanam verbis per Ezechielem alloquitur dicens: *In illa die denudabunt te vestimentis tuis, & tol- lent vasa gloriae tuae: Principibus autem Ty- ri sic minatur Dominus: Et descendent de sedibus suis omnes principes maris, & auferent exuias suas, & vestimenta sua varia abij- cent & induentur stupore, in terra sedebunt, & attoniti super repentino casu admirabuntur.* Cum igitur diues vestimentorum suorum superfluitate nudos tegit, in caelis sibi glo- ria vestimenta parat, vbi è contra si illa in- clusa cistis reliquerit corrodet tinea: Illud est quod Apostolus his verbis insinuare in- tendit: *Agite nunc diuites plorate, ululante in miserijs vestris quae aduenient vobis: Danti- ue vestra putrefactae sunt, & vestimenta ves- tra à tineis comesta sunt.* D. Hieronymus, diuites alloquens qui sumptuose splendi- deque vestiuntur neglectis pauperibus, no- minus eleganter, quàm iure dicebat: *Ille pauperculo paradysus patet, vos auratos gene- ra suscipiet, ille vestem Christi licet nudus ser- uauit, vos, vestiti sericis indumentum Christi perdidistis.* Et haec quidem immisericores sequentur supplicia, sed multo maiora, ut parabuntur qui viduas & orphanos bonis suis

suis spoliauerint. Infelicitas atque maledi-
 ctio circumuoluit satellites Romanos, Iu-
 daeosq; qui inconsutilem Christi tunicam
 abstulerunt, nudumq; reliquerunt; Fames
 & egestas inuenit Filios Iacob, eo quod tu-
 nicam polymitam à fratre sustulissent: ita
 etiam, maledictio & triplicatum vae inse-
 quetur eos, qui tantum abest vt nudos cõ-
 texerint, quin etiam vestitos pauperes, bo-
 nis, vestibusque spoliauerint. Hi odio san-
 ctis qui Misericordiam sectati sunt, erunt,
 nam vt rectè censet Apostolus in Apoc:
*odient fornicariam. & desolatam facient eam
 & nudam.* Id ipsam minatur Deus per Pro-
 phetam verbis clarissimis: *Ostendam genti-
 bus nuditatem tuam, & regnis inuinciam
 tuam.* Sed cur tantam contumeliam passu-
 ri sunt, cum sæpenumero absque peccato
 indumenta prætiosa eximijq; valoris por-
 tari possint? Ideò sanè, quia cum tantis ex-
 pensis illa deferuntur, vt illis, facillè paupe-
 rum nuditati succurreretur. Dum autem
 illas superfluitates in pauperum vsus non
 erogant, quod illorum est aperte furantur.
 Hæc est melliflui Doctoris D. Bernardi sen-
 tentia; dum inquit: *Clamant nudi, clamant
 famelici, conueruntur & dicunt diuitibus,
 nobis fame & frigore miserabiliter laboranti-*
 Aa 2 bus

bus, quid conferunt tot mutatoria vel extensa
 in perticis, vel fulicata in manicis? Et reuera
 furti quandam speciem incurrunt, (vt prio-
 ri parte diximus) superflua indumenta re-
 seruantes dum pauper corpore nudat^r fri-
 gore rigescit: *Est enim nudi tunica quam in*
In c. 12. Luc. e. conclavi conseruas, discalceati calcuus qui pe-
nes te marcescit, inquit Basilus. Et vt inquit
 alius, similes sunt Iudæis & Romanorum
 militibus, qui vestimenta reseruantes pau-
 pertatem nudorum subleuare differunt;
 loquentem audiamus: *Quid sequitur, nisi*
eos qui vestium copia, luxuq; abundantes nu-
dum pauperem spernunt similes esse Iudæis, qui
diuiserunt sibi vestimenta, & super vestim-
eius miserunt sortem?

O mi Iesu in formidanda illa die, quanto
 pudore, & rubore suffundentur, qui in hac
 vita, splendidis, purpureisque, & aureis in-
 duebantur vestibus, semel dumtaxat eas
 ferentes, pauperum nudorum penitus im-
 memores! vt de Nerone & Heliogabalo le-
 gemus qui per singulos dies purpureis, auro
 lapideque prætioso distinctis utebantur in-
 dumentis. Quantum proh dolor! eos pu-
 debit. Dum se nudos in valle Iosaphat con-
 templabuntur, atque oculis omnium ho-
 minum tum prædestinatorum, cum repro-
 bato.

batorum in nuditate sua spectabuntur!

Insuper, o vir & mulier immisericors erga nudos, quid quaeso tecum ex hoc mundo auferes praeter linteam & indusium? quin immo, *operimentum tuum erunt vermi tibi.* Isaie. 14. infelix vestimentum! *induam caelos, tenebris. saccum ponam operimentum eorum.* (mo. Isaie. 50. raliter loquendo, per caelos intelligi possunt ij qui in hoc mundo superbientes in luxu vestium caelos penè contingere videbantur) hos tenebris circumcingam, ponamque saccum operimentum eorum. Verum haec Prophetæ verba exponamus de Immisericordibus qui in hac vita nudostegere neglexerunt, quos in inferno tenebris induet exterioribus Deus, & quasi sacco interioribus. Tobias quidem fatetur Eleemosynam neminem permittere labi in ruinam; at econtra Sapiens scribit: *Via peccantium* (id est Immisericordium) *complanata lapidibus, & in fine illorum inferi, & tenebrae & poena.*

Iob, infernum vocat terram tenebrarum, Cap. 10. & umbram mortis. Dominus noster in varijs scripturae locis docet impios demergendos in tenebras exteriores, o miserabile tenebrarum indumentum! Ægyptias illas palpabilesque tenebras, ausim dicere, harum

figuram gessisse, quæ immisericordibus in inferno reservatæ sunt. Arbitror itidem, tenebras illas formidandas & admirabiles, in passione Domini immittas, in detestationem sceleris illius, quo Filium Dei in ara crucis nudam omnino reliquerant.

Quod ad secundum supplicium spectas, experti frigoris vehementiam, atque acerbiter eloqui possunt; nec enim huius supplicij magnitudo facile cognosci potest nisi ab experientia. congelato in primis corpore, coagulatur sanguis, atque ad interiores corporis partes contrahitur, hincque pallefcit facies, horrescunt corporis membra, strident dentes, totas denique incurvatur homo; tunc demum acutissimum, & usque ad medullas penetrantem experitur dolorem, quo fit, ut homo intolerabilem persentiat pœnam. At frigus longè acrius patientur damnati qui Nudorum membra, frigoreque congelatorum corpora contegere noluerint, vel qui in æstatis fervore eadem, solis ardore aduicta, non cooperuerint, caloris, flammarum, ac ignis vim persentient, & à nimijs caloribus ad niivium frigora remittentur.


soliloq. c. 3.

Quod excellenti sententia declarat melchior Bernardus: *ò gehennalis regio fugien-*

da (inquit) ubi est ignis ardens, frigus rigens.
 Nec absimile est quod refert venerabilis
 Beda dum scribit: *Duplex ostenditur gehenna* Lib. 4. in Luc.
na, id est nimij frigoris & intolerabilis feruoris, c. 13. c. 24.
cui Beati Iob sententia consentit dicentis: ad
calorem nimium transibunt ab aquis niuuum.
 Fulgentius illo antiquior, non absimilia
 scribit: *Principalia duo sunt tormenta in in-* Lib. 4. pharet.
ferno, ibi frigus intolerabile, & calor ignis c. 49.
inextinguibilis. Hinc etiam saluator ore sa-
 cro sancto inquebat, de inferno loquens:
ibi erit fletus & stridor dentium, fletus a ca- Math. 8. v.
 lore vel fumo prouenit, stridor autem den- 22.
 tium ab intenso frigore, quæ duo iuste pa-
 tientur, siquidem pauperes suis auxilijs de-
 dignati sunt. Hæc animis vestris rouoluite
 ò diuites, futurum namque est, vt deinceps
 his consideratis, maiori cum alacrita-
 te operibus Misericordix stu-
 deatis.



Aa 4 VT



VT HÆ CONFVSIO-
NES ATQVE SVPPPLICIA E-
VITENTVR, MONET AVTHOR
diuites & Mundanas filias ad super-
fluitatum contemptum.

CAPVT XXX.

CVM in rebus omnibus, viris maxime
sanctitatis prærogatiua insignibus, fi-
des adhibeatur, magnique sit apud omnes
ponderis testimonium à viro sancto effa-
tum, hanc admonitionē à verbis diui Hie-
ronymi Sabinianum quendam mundanum
iuuenem exhortantis ordiar: Hoc (inquit)

*Epist. ad Sab.
tom. 1.*

*plango, quod te ipsum non plangis, quod te non
sentis mortuum quod quasi gladiator paratum
libitina in proprium funus ornaris, amicum
linteis, digitos annulis oneras, dentes pulueri-
teris, raros in rubenti caluaria digeris capillos:
Super hæc unguenta fragras, mutas balnea,
contra renascentes, pilos pugnas, per forum ac
plateas nitidus ac politus amator incedis: facti-
meretricis facta est tibi, nescis erubescere, con-
uertere miser ad Dominum Quod huic adbe-
lescenti inquebat diuis Hieronymus, ad-
ipsum*

ipsum tibi ô Mundane intimare possum,
eadem te inuictina aggrediens. Siccine for-
tis propriæ oblitus es? vbi sensus, vbi men-
tis tuæ ratio abiit? Mortalem te esse memē-
to. Nudus egressus es ex utero matris tuæ,
nudus formatus è limo terræ; nudus item
reuerteris illuc. Pauperem inspicias laceris
vix contactum semicinctijs; & cōtemnis?
Miserere conditionis tuæ (inquit Chrysost:)
& time, ne & ipse talis efficiaris.

Nescis quid serus vesper veheat.

Memento Naturæ proximi, tui nec e-
nim ferreus vel lapideus est, sed eadem quâ
tu, constat carne. Non potes nisi byssinis
indui vestimentis, & hic silicino indiget
sacco, quo suam tegat nuditatem. Vituli-
nas, Quinasque pelles parui pendis nec tuis
accommodas vsibus, lupinas vulpinas, Par-
dineasque inquirens, & hic miser proxim^o
frigore horrescit. Recordare diuitis illius
epulonis qui quotidie induebatur bysso &
Purpura, quomodo postmodum vita fun-
ctus ignitis flammis quasi vestimentis fue-
rit circumtectus. Vel si tibi hæc parua vi-
dentur, accede crucem & in ea nudatum
inuenere Christum te nihilominus splendi-
dissimis induto vestimentis, ibiq; semel at-
que iterum, immo per sepe reuolue formi-
dan-

dandam illam iudicis, Christi vocem: *Nudus eram & non cooperuistis me.* quam si ò homo euadere vis Nudos tuis sumptibus atque superfluitatibus contege. Hæc Mundano dicta sufficiant. Ad mulieres me conuerto, quæ præcipuè in hoc deficiunt. Verum in earum repræhensione oleum & operam me lusurum existimo, adeò suis student vanitatibus, adeoque vestimentorum infudant varietati, vt non ad instar mortaliū, sed vt similitudo templi compositæ videantur. Annulatos gestant crines, atque artificiosè nodatos aureis vel argenteis pingunt pulueribus. Collum lapidibus cingunt pretiosis, auribus in aures appendunt, brachia dextraliolis ornant, nec vllum abique vanitate aliqua locum relinquunt. Sed heu! quanta est humanorum mentium, & præcipuè nobilium dominarum, in hac re deficientium fatuitas! Vultis insipientiam agnoscere? Similes sunt aurigæ qui neglecto equo insigni, currum vacuū sumptuosissimè tegit pannis: quid aliud agunt domicelle? Corpus suum insignibus cingunt indumentis, at verò animam (quæ ad instar equi est) nec modicis induunt virtutibus, vultus suos depingunt stybio & variatis coloribus, at animam suam fecdam & turpem relinquunt.

quint. Corpori pretiosa tribuunt vesti-
 menta, at animam virtutibus, bonisq; pri-
 vant operibus. Quæ maior excogitari po-
 test insipientia? Corpora vestra, sepulchra
 efficitis dealbata. Tegitur sepulchrum coc-
 co dum corpus inanime illi impositum est;
 & vos corpus quod sepulchrum animæ ve-
 stræ iam in vitijs defunctæ est, delicatis nec
 non pretiosis circumtegitis indumentis.
 Hanc insipientiam sicut eleganter, ita aptè
 reprehendit Diuus Chrysof: dum inquit:
Si quis domum tuam velit aureis expensis or-
nare te verò nudum in cilicijs sedere cogeret,
iam æquo animo id ferre posses? Nunc verò
non alius, sed tu, domicilium animæ tuæ (cor-
pus dico) auro & gemmis exornas, animam
verò in turpitudine peccati sedentem negligis.
 Magna igitur insipientia est, adeò hoc cor-
 ruptibile corpus; delicijs instruere, vt ani-
 mæ prorsus obliuiscamur. Cuius te pre-
 cor, maximè reprehensus fuit diues epulo?
 Nonne quia spreto paupere Lazaro, nudif-
 quo relictis artub⁹ eius, ipse splendidè ve-
 stiebatur bysso & purpura? Nunquid quia
 ornato corpore, nudam, virtutibusque spo-
 liatam, & inopem animam reliquerat? Tha-
 mar, statim vbi vim passa fuit à fratre, scidit
 vestimenta sua.

Hom. 70. in
 Matth.

2. Reg. 13.

En

211
 212
 213

Nu-
 m si o
 otibus
 Mun-
 econ-
 . Ve-
 a & o
 is stu-
 torum
 morta-
 posita
 atque
 entis
 us cin-
 dunt,
 m ab-
 at. Sed
 um, &
 hac re
 entiam
 negle-
 apuo-
 nicelle-
 indu-
 ar equi
 vultus
 loni?
 relin-
 quant.

En anima tuâ ò Filia Mundanis addicta
 vanitatibus deflorata est per superbiam, &
 infinita alia peccata, quid ni ergò scindis
 vestimenta tua exteriora, illa pauperibus
 condiuidens? Contegis faciem tuam (qua
 tamen præcipua corporis tui pars est, & for-
 molissima) tanta cum sollicitudine: & nudi
 membra proximi tui, inhonestioresque
 partes sine compassione, intueri poteris?
 Mortuum corpus & insensibile linteo &
 veste inuoluis, & viuum corpus, nudum re-
 linquere poteris? Mortuos crinibus spolia-
 tis, vt vobis periscelidas ac verticis orna-
 menta paretis, & viuos nudos relinquetis.
 Ni reuera pauperibus, vestra copia subue-
 niatis, Deus, ijs quibus gaudetis ornamen-
 tis vos spoliabit. Id apertissimè intentat
 Propheta, his verbis: *Quare facies paupe-
 rum commolitis?* & respondet in persona
 Domini. *Pro eo quod eleuat & sunt filia Sion,
 & ambulauerunt extento collo, & nutibus oc-
 cularum, ibant & plaudebant, ambulabant
 & pedibus suis composito gradu incedebant,
 decaluabit Dominus verticem filiarum Sion,
 & crinem earum nudabit. In die illa auferet
 Dominus ornamentum calceamentorum, &
 lunulas & torques & monilia & armillas &
 mitras & discriminalia, & periscelidas, &*

saie. 3.

mat-

zurenulas, & olfactoria & in aures, & annu-
los, & gemmas in fronte pendentis, & muta-
toria, & palliola, & linteamina & acus, &
specula & sindones, & vittas & theristra Et
erit pro suavi odore faetor, & pro Zona funicu-
lus, & pro crispanti crine, caluitum & pro fas-
cia pectorali cilicium. Nec mirum si huius-
modi minas intentat Deus, eo namque vs-
que excreuit Mundanarum filiarum vani-
tas, vt siquam habitu peregrino viderint
mulierem, vestis illius exemplar retineant,
vt eodem modo induantur, cum tamen
minetur Deus se visitaturum eas qua habi-
tu peregrino vestiuntur. Nec ego in ha-
rum vanitatem, vestiumque superfluitate
inucherer, ni id cum pauperum incommo-
do atque contemptu fieret. Diogenes sub-
lannabat quondam Megareses mulieres,
eo quod pellibus delicatissimis atque du-
plicatis intemperiem a se aeris propelle-
bant, sinebantque proles nudas in frigoris
rigore: sed eadem irrisione dignas vos iu-
dico, quae sine ratione nuditatem proximi
non subleuatis. Operite igitur nuda mem-
bra Christi, immo Christum ipsum in nu-
do paupere. Operite Ecclesiarum muros
tapedibus, altaria ornamentis, calices de-
aura-

Sop. 1.

P. Crespet in
mahogran.
tract. 2.

211
 212
 213

ddicta
 m, &
 cindis
 eribus
 (qua
 & for-
 nuda
 esque
 teris
 ceo &
 m re-
 oolia-
 orna-
 ueris
 abue-
 men-
 entat
 aupe-
 rona
 Sion,
 bus o-
 abant
 abant
 Sion,
 uferit
 or, &
 las &
 es, &
 mutt-

auratione, & à Christo cum delectatione
audietis, *Nudus eram & operuistis me.*

Math. 6.

Verum dicet aliquis. Libenter pauperi
succurrerem atque nuda membra meis in-
dumentis contegerem, at vereor ne post-
modum vel ego vel proles meæ, penuria
eorum laboremus. Hic sensualis timor est,
carnalisque vox, non spiritualis. Quid ve-
ritas respondeat audiamus: *Ne solliciti sitis
corpori vestro quid induamini. Et infra: Et de
vestimento quid solliciti estis? Considerate li-
lia agri quomodo crescunt, non laborant neque
nunt. Dico autem vobis quoniam nec Salu-
mon in omni gloria sua coopertus est sicut v-
num existis: Si autem fœnum agri quod hodie
est, & cras in clibanum mittitur, Deus sic ve-
stit, quanto magis vos modica fidei?*

Alius inferet, contegamne pauperes qui
statim suâ vestimenta lacerant vel diuen-
dunt? Quidni? mater, nudatos filij artus li-
cet indumenta abiecerit fouet & calefacit,
sic tu charitati insudans, nuda membra pro-
ximi contege & foue, nam maximam in
nuditate patitur miseriam & confusionem.
Miseriam quidem, quia corporis partes fri-
gore congelatæ horrescunt, confusionem
verò quia pudet illum nuditatis suæ. Hinc
protoplastus Adam se nudum conspiciens,
inter

inter abditas paradisi arbores condit, *timid*
(inquiens) *eo quod nudus essem & abscondi*
me. Ideo D. Paulus inter grauissimos labo-
res nuditatem connumerat, dum ait: *Quis Rom. 8.*
non separabit à charitate Christi? Tribulatio
an angustia, an fames, an nuditas? Illorum
pauperum igitur succurrite Miseriæ,
donec in cœlesti patria indua-
mini virtute ex alto.



DE

DE QVINTO
OPERE MISERICOR-
DIÆ QVOD EST IN-
firmos visitare.

Vlſe inopi collapſa toro mo-
ribunda que longo
Membra fatigatum morbo, fra-
ctumq; dolore
Munera opemque ferens durj
ſolatia caſus
Talibꝰ æterno meritis celebra-
beris æuo.

IN HÆC VERBA DO-
MINI: INFIRMVS ERAM
ET VISITASTIS ME.

CAPVT XXXI.

IN tremendo Iudicij extremi die, in die iræ, calamitatis & miseræ, cum Dominus discernet Oves ab hædis, malos & impios, à bonis & iustis, aduocans beatos inquiet: *Venite Benedicti Patris mei percipite regnũ: Infirmus eram & visitastis me.* Sed quomodo hæc verba inquires, cum omnibus notũ sit; te ideo carnem humanam sumpsisse vt medereris contritis corde? Hoc siquidem per Prophetam dixisti: *Misit me sanare contritos corde.* Quomodo infirmus, cum tuis vulneribus sanati simus? *Linore eius sanati sumus,* inquit Isaias.

Quomodo infirmus cum te medicum varijs in locis vocare dignatus sis? Magna sane inter medicum & infirmum differentia est. Benè autem medicum te ostendisti, infirmum nunquam. Marci 8. rogatus ab Apostolis vt cœcum tangeres, manibus tuis sacrosanctis, apprehensum eum ducens

Bb

extra

extra vicum, expuens in oculos eius inquisisti si quid videret; quo respondente, se homines ad instar arborum, ambulantes videre: denuo imposita super oculos eius manu, restitutus est, ita ut clarè videret omnia. Talem se iterum ostendit Lucæ. 14. cū oblatum sibi hydropicum curare volens Phariseos sic allocutus est: *Licet sabbatho curare an non?* & cum conticissent, eum protinus sanitati restituit. Paralicum item iam à 38. annis, languore detentum sanare volens interrogat: *vis sanus fieri? surge tolle grabatum tuum & ambula.* & illicò sanus factus est. Quis summi medici charitatem non miretur? quis infirmitatis eum redarguat? Mulier Chananæ à finibus Tyri & Sydonis egressa clamabat post eum dicens: *Miserere mei Domine fili David, filia mea male ad demonio vexatur.* & statim liberata fuit. Ibidem legimus turbas summo stupore attonitas fuisse, cum tam varia ingenium operum ab illo procederent argumenta, cum mutiloquerentur, cæci viderent, claudi ambularent, & ab ipso mortis limine quidam ad vitam reuocarentur. Nunc fceminam fluxu sanguinis laborantem sanant; nunc contraria, contrarijs opponens medicamenta surdi aures digitis obturat.

Ioannes. 5.

Matth. 15.

Cap. 18.

Marc. 7.

Quis non potius hoc pacto auditum obstruxisse iudicasset? attamen ex tempore sanatus est. Cæcum natum dum illuminare vult, oculos illius luto inungit quæ res potius lynceos obcæcare poterat oculos, quàm cæcos aperire. Muto dum loquelam impertiri vult, super linguam eius salivam imponit. Ecquis nesciat, salivam loquelæ obsistere? Cum igitur tanta operetur, ad eò que mirabilia, quomodo infirmum dicere se poterit? Num chyrurgus se vulneratum fuisse asseret? Potius consentaneum est vt iniquas: Infirmorum eram medicus, Samaritanus ille ego eram, qui vulnerati hominis descendenti ab Hierico, vlcera vino, & oleo deliniui. Veruntamen amice lector, id certissime constat, eum, non obstantibus omnibus hijs, dicturum publicaque voce contestaturum; *Agrotus eram & non me visitastis.* Sed quomodo? Quoniam (vt *cap 53.* inquit Isaias) *verè languores nostros ipse tulit,* atque licet sospes maximè esset, tamen infirmitatibus nostris circumdatus fuit. Sed inquiet aliquis: Cum corpus ad eò rectè ordinatum partesque illius tam aptè moderateque compositas habuerit, potueritque suâ prouidentia humores contrarios ab eo repellere; quomodo infirmum fuisse se al-

legabit? Ne precor ex eo mireris, cum non solum ille adhuc quotidianam in suis membris sustineat infirmitatem, quorum Hospitalitia refertissima sunt, quæque frequentissima in stratis publicis reperiuntur: Sed & in seipso verè & realiter infirmatus fuerit. Nunquid dum capitis dolore grauatis, infirmum te dicis? Cum ergo Saluator noster ab Iniquissimo, perditissimoque latrone, ab armata manu in domo Annæ aliam excepit, ex quâ haud dubio collidebantur dentes, dolorquè faciei infigebatur. Cum caput fustibus tundebatur, cum eius sacro vertici spinæ acutissimæ infigebantur, tunc infirmabatur, tunc dicere poterat: *Caput meum doleo, caput meum doleo.* Dum tristitia vehementissima illum circumuallaret, adeò vt dicere cogere *Tristis est anima mea usque ad mortem;* dumque præ anxietatis magnitudine sanguis ex corpore ad instar sudoris emanaret, verè infirmabatur. Hominem varijs sauciaturum vulneribus, ægrotum conclamamus; Quis ergo Saluatoris infirmitatem non aduertat? En vlcera manibus, pedibus, sacroque infixæ lateri conspiciuntur, cum toto corpore, ita dilaniatus adeoque vulneribus crucentatus est, vt, à planta pedis usque ad verticem

4. Reg. 4.

Luc. 22.


cem capitis non sit in eo sanitas. Iure igitur infirmum se fuisse censebit, atque in hac infirmitate, (quamuis non naturali, sed violenta) se à pluribus visitatum fuisse referet; vt. à benignissima Matre sua, ab Apostolo Ioanne, à Centurione, à Ioseph ab Arimathia, à Nicodemo, alijsque sanctis mulieribus, quibus super infirmitate sua collachrymantibus dixit: *Nolite flere super me, sed* LUC. 23. *super vos & super filios vestros.* Visitatur itidem Christus in membris suis, in debilibus & præ infirmitatis grauedine languentibus pauperibus, qui in hospitalitijs degunt: ijs profectò visitatoribus mercedem retribuet sempiternam Deus, visitabitque eos in Misericordia, qui Misericorditer, & grotos suis sustentauerint auxilijs, atque fouerint consilijs. Nec ideo quilibet eam sibi mercedem euenturam, vel debitam opinetur visitator, sunt siquidem plerique, qui etiam ex ijs operibus sibi damnationem conciliant sempiternam, quoniam finis eorum est interitus, & peruersè sua dirigunt opera. Accedet Hæreticus & pietatis contactus velo, infirmum inducere tentat in errorē. Visi sunt permulti in hoc infœlicj mundo, qui Auaritiæ irretiti vinculis, vel concupiscentia acti, mortem infirmis, loco con-

Bb 3 latio-

lationis aduexerunt. O proditores, & homicidas ! Ignoro sanè, sitne infernalium flammaram acerbitas, vestro æqualis, vel par sceleri ! Huiusmodi ergò viris, non debentur præmia, sed supplicia, sicut nec ijs, qui calculo laborantes ad libidinem atque carnalium voluptatum illecebras inducunt, vt corporali subueniant infirmitati. Nam eousque aliquorum Animalium (ne dicam medicorum) excreuit vefania, vt corpori mederi volentes, animam vitio carnis interficiant, mortique sempiternæ cum corpore, simul animum addicant, cum tamen infiniti sint humorum expellendorum modi. In hoc impietatis genus Sanctum Ludovicum impellere tentabant medici (vt refert Pepinus) qui in extremis agens, consultantibus medicis vt rem veneream absente vxore, cum altera nobili committeret, se potius mille mortes subiturum respondit, quam fidem datam vxori frangere scelusque tam immane coram Deo perpetrare. Odignam tanto Rege responsionem, dignamque regio diademate sententiam ! quæ vitium Principum insculpta foret animis, ne se vnquam vanis his (in infirmitate confiduti,) paterentur deludi consilijs, quæ animæ prosperitati ita aduersantur. Neque

Tract. de manu lepr. c. 8.

eiufdem fœlicitatis, eorundemq; præmio-
rum participes fe futuros existiment me-
dici vel Chyrurgi qui vulnerum, & cicatri-
cum obftrufionem, vel fanationem diffe-
runt vt inde plus commodi, vtilitatis, & e-
molumenti adipifcântur. Tantum enim
abefl vt pietati vacent, quin potius furtum
incurrunt, furti que rei iudicandi funt. Sed
eorum erit fœlicitas, qui charitatiue debi-
les vifitant, eosque fanctis prius imbuunt
monitis, quàm corpus curent, nec quic-
quam corpori, in animę incommodum tri-
buunt.



EXEMPLA QVORVN-
DAM SANCTORVM QVI Æ-
GROS VISITAVERVNT
& mercedem Beatitudinis præ-
ftolantur.

CAPVT XXXII.

FRustra reuera, (nec enim id rationi cõ-
fentaneum) expectare poterit diuinæ
munificentix largitatem qui, fe, dum vixe-
rit pietatis non addixerit operibus. Quem-

Bb 4 admo.

admodum enim is, messem colligere non præsumit, qui non seminavit, nec is triumphare qui non vicit, nec is coronari vult, nisi qui legitime certavit; sic nec diuina præmia præstolari debet, nisi qui ea promeruit. Nam ut victoribus dantur coronæ, & laborantibus, laboribusque amplissima aduentu messis, sic Ægros ritè visitantibus æternæ felicitatis præmia repromittuntur. Sunt autem frequentissima virorum Sanctorum exempla, quæ vos officij vestri moneant, & tardiores etiam ad ægrotorum curam suscipiendam accendant.

Diuus Bernardinus ex Seraphicæ familiaria ducibus, Princeps eximius, cernens grassante iam peste, plerosque ab ægrotorum cura metu mortis se subtrahere, duodecim adolescentium suffultus ope, eorum summo cum animi ardore curam suscepit, nec prius destitit, quam pestis finem acciperet. Qui quidem charitatis Zelus nobis eiusdem Ordinis consodalibus, ad eadem officia capescenda cedat in exemplum.

Ioannes Columbinus spectatæ sanctitatis vir, cum die quadam, sacrum missæ sacrificium audiret, templum peteret, virum quendam nudum, sanie, lepra ulceribusque respersum intuitus, eum protinus humeris attol-

*S. Ant. 3. p.
hist. tit. 24.*

attollens, in ædes suas detulit. Quem cum balneo lauisset, delicatissimo impositū lectulo, vxori curandum reliquit: verū cum illa curiose potius quā Misericorditer cellam ingrederetur suauis adeò odor inde erupit vt præstantissima quæq; aromata ibi resperfa opinàretur. Rem marito indicat, qui veritatem expertus lectulum accedens vt ægrotum visitaret, neminem inuenit. Cognouitque ex eo non leprosum se, vel ægrotum in suam domum induxisse; sed Christum in infirmi figura, & specie.

*F. Paul.
Moris. in orig.
Relig. lib. 1.*

Apollonius, Cum ex mercatore, monasticam vitam ingressus esset, se studijs imparem intuitus, ægrotorum curam suscepit, cui vt accuratius responderet, atq; Fratrum infirmitatibus succurreret sibi omni-gena pharmaca comparauit, quæ postmodū moriens, in charitatis ministerium alteri reliquit.

*Niceph. lib. 1.
cap. 35.*

Hector Pinto refert Dominum Alphonsum Euriques Portugallix Regem amplissimas semper, ægrotis impertitum Eleemosynas, nec solum in regno proprio, sed & in remotissimis Mundi partibus, in quibus pauperes sua ope indigentes agnoscebat. Misit siquidem in Hierusalem octoginta aureorum nummorum millia vt ex-

*In Imagine
vite Christi-
an.*

*Ioannes Laxia.
lib. 3. hist.*

eis, infirmis annui redditus emerentur. Sanctus Ludouicus Gallix lumen, gallo- rumque gloria tanta in ægros charitate æstuabat, vt summè lætaretur, eorum visita- tionibus, colloquijs, atq; exosulationibus.

Gallicanus (qui Martyr Christi gloriosus effectus fuit) de nouo ad fidem conuersus, ita se ægrotorum curæ dedit, vt multi vndi- que Romam confluerent, Romanum olim consulem tantæ humilitatis, Charitatisque operibus insudantem inspecturi.

Quid de sociorum Beati P. Ignatij de Loyola, Sacræ Societatis Iesu fundatoris perfectione, eloquar? Vix Venetum appu- lerunt, & summo charitatis flagrantés incē- dio, sibi hospitalitia diuidunt, vt ægrotis fa- cilius inferuire valeant, quibus, cū tanto a- nimi ardore ministrant, vt infectissimos morbos, pessimasq; infirmitates non auer- sentur. Nam oblatū Reuerendo Patri Fran- cisco Xauerio hominē cuius corpus vene- realue putridū infectumq; difflebat, na- tura illius in auersionem propellente, tan- tum abest vt reliquerit, quin immo grauius in se animaduertens, eius saniē lambendo resorberet. Quantus Charitatis feruor! Quan- ta te, etiam, tuosq; huiusmodi operibus in- tentos

tentos sodales sequentur præmia! Aure enim grata percipiet quisquis is est: *Venite benedicti Patris mei percipite Regnum: Agrotus eram & visitastis me.*

Nec sexus muliebris ab hac benedictionis participatione arcendus est, siquidem permultæ inuētæ sunt quæ sedulam ægrotis operam ministrarunt.

Placida Theodosij Imperatoris vxor, nō Niceph. lib. 12. c. 42. solum omnium ægrotorum curâ suscipiebat, sed etiam mancis, corporisq; partibus priuatis inseruiebat, frequenter illorū petens ædes, tū cibos manu propria parabat, tum etiā eorum vtensilia diligentissimè emundabat. Quod si quis eam ab his operibus arcere niteretur, prudentissimè respōdebat: Munifica dona, auri & argenti elargiri Imperatorem decet; at Christianum Charitati deseruire. ò Insignem Imperatricis eloquentiam!

Diuus Hieronymus quantis sufficit laudibus extollit, Filiam Paulæ viduæ Nobilis romanæ, ob impensam Matri infirmitate grauatæ charitatē. Nunquam (inquit), ab illius segregabatur aspectibus, cervicali continuo præsens erat, ventilabro faciem eius refrigerabat, caput sustentabat, puluinaria subleuabat pedes perfricabat, stomachum manu admota calefaciebat cibos, potumq; debi-

debitis saporibus condiebat; omnia deniq;
pedissequarum, ancillarumq; munia subi-
bat, estimans opus aliquod ab alijs mari
impensum, suo præmio subtrahi.

Surius in vita.

S. Radegondis Regina Gallia, & Clota-
rij Regis vxor, ita se ægrotis curandis ad-
dixerat, vt eorum pediculos, pulices, ciuf-
modique vermes expurgare non dedigna-
retur; eorum insuper vlcera, cicatrices, sca-
biem manibus contrectabat non secus ac
si omnium famularum abiectissima vel vi-
lissima fuisset. Cibos cæcorum ori appo-
nebat, atque leprosos non fugiebat, sum-
mo charitatis ardore incensa.

*Iacobus de vi-
triano, in vit.*

B. Maria Oniana. Niuellis dicecesis Leo-
diensis honestis parentibus orta, postquam
sponsum ad perpetuæ castitatis votum in-
duxisset, tanta erga ægrotos solitudine a-
gebatur, tantaque charitatis flamma æstua-
bat, vt eorum maximè curam gereret, qui
infectissimis morbis, putidisque vlceribus
affligebantur: Nec ob eorum saniam auel-
li poterat, immo eò plus eorum ministerio
insistebat quo facies vel corpus deprava-
tum erat, idque ob Amorem sponsi sui
Christi.

Catharina Senensis Virgo Deo gratissi-
ma, cum die quadam leprosam Mulierem
ab om-

ab omnibus derelictam conspexisset, illi cum tanta charitate famulata est, ut quamuis ab ea etiam quandoque per impatientiam iniurijs afficeretur, tamen non desisteret. Cumque Mater inhibuisset ne ulterius ei ferret obsequium, prudens Virgo respondit: A Christo illius curam suscepi, ideoque tibi ea in re obtemperare non valeo.

*Raymund.
de Capua in
vit.*

S. Elizabeth Tertij Ordinis Seraphici Patris Francisci, quamplurima construxerat hospitalitia in quibus ægrotos suscipiebat, eorumque sedulam curam gerebat. Adeò autem his delectabatur operibus, ut nec nocturno neque diurno tempori parceret. Illarum ò Mulieres exempla sequimini fastumque humanæ superbiæ contemnite! Futurum enim est ut quandoque vocem sponsi audiant dicentis: *Venite benedicti Patris &c. Infirmus eram & visitastis me.*

Vt autem eorum munero associari merear, en vobis modum disponere cupio, regimenque tradere quò in visitandis ægrotis, nec non consolandis utamini, ut si saltè corpore visitare (ob alia quibus implicor negotia) nequeo, scriptis id merear, quod visitatione eorum mihi compararem. Modum seruate, operi me accingo.

QVOD



QVID IN PRIMIS AGE-
RE DEBEAT PIUS VISITA-
TOR ERGA ÆGROS TVM
bonæ tum malæ vitæ.

CAPVT XXXIII.

QVonia plerumque Ignorantia vitio-
rum mater & Nutrix est, ne fortè cui-
quam in visitandis infirmis, ignorantia, vel
impossibilitatis ansa præberetur modum
visitandi huic loco ad stipulare volui, ut in-
de sibi vnusquisque officij & muneris re-
gulam sumat. Ingressus itaque, pius visita-
tor ædes infirmi dictoque: *pax huic domui,
& omnibus habitantibus in ea*, recitatis iti-
dem, vel Euangelio secundum Matthæum:
*Cum introisset Iesus Capharnaum, & c. vel
orationum harum, altera) Respice que-
sumus Domine super hunc famulum tuum N.
infirmum, pro quo Dominus noster Iesus Chri-
stus non dubitavit manibus tradi nocentium
& crucis subire tormentum.*

Cap. 8.

*Deus Infirmi-
tatis humane singulare præ-
sidium auxiliij tui super infirmum (vel super
infirmam) famulum tuum N. ostende virtutem*

tem, ut ope Misericordiae tuae adiutus (adiu-
ta) Ecclesia tua sancta incolumis represen-
tari mereatur. per Christum Dominum no-
strum.

Deus sub cuius nutibus vita nostra momen-
ta decurrunt suscipe preces famuli tui N. pro
quo egrotante misericordiam tuam implora-
mus, ut de cuius periculo metuimus de eius sa-
lute latemur. Per &c.

Eum aspergat aqua benedicta. Si postea
certis indicijs, vel ex adstantium relatu per-
cipiat, eum probæ spectataeque vitæ fuisse,
& illum in summa afflictione consti-
tutum aduertat, fructuosè, pertinenterque
admodum fecerit, si ob oculos eius posue-
rit Deum afflictionibus suos visitare dilectos.

Dicatq; Licet Amice mi, toto vitæ tuæ tē-
pore non peccasses, & ab omni culpa vacas-
ses, (quod tamen incredibile est) te tamen,
modò morbi premit angustijs, ut peccati
etiam nunc lucem auertat. Nam quanto
tempore hac corruptibilis carnis mole cir-
cum amictus es, peccare potes, & ad pec-
candum Natura procliuus est; tibi ergò
summum gratiæ pondus impertitur De-
us, dum ægritudinis fræno, tuos coercet
affectus ne in peccatum labaris. Nunquid
lob inquebat: *Non peccaui, & in ama-
ritu-*

*Cum vir pro-
bus in affli-
ctionem posi-
tus est.*

Lib. 5. præ-
fat: in Iob.

ritudinibus moratur oculus meus? De quo loquens, D. Gregorius sic scribit: *Iob flagellatus, ut pro flagello eius, divina gloria laus cresceret, non autem ut per flagella peccata qua non commiserat, emendaret. Te ergò eadem afflictione quassat Deus. Quare? ut ventilet granum, ut purget aurum, ut expoliat argētum, nam (ut inquit D. Aug.) quod flagellum grano, quod fornax, auro, hoc facit tribulatio iusto. Et ut te ad tolerantiam magis ac magis inuitet, subdit: Noli attendere pœnam in flagello, sed quem locum habiturus sis in cœlo, si enim in aduersis, & in afflictionibus paciētiam habueris, illa in gloriam vertetur; & afflictionem, diadema sequetur, nam honor Dei augetur dum patientia in aduersis tolerandis & in pœnis à Deo immissis sufferēdis cognoscitur. Ideoque dicere potes: *Infirmas hæc non est ad mortem sed pro gloria Dei.* Suffer igitur sine murmuratione hanc quàm tibi altissimus immisit ægri tudinem, per hanc siquidem, illius esse probaberis. Quemadmodum enim Nobilis, accipitris quem diligit velat oculos, ligatque pedes, nè fortè sursum euolet: ita Deus, amicorum suorum, vi morbi reprimat deprauatos affectus, nè fortè alii liberi, ab illo recedant. Nunquid etiam*

Ioan. 11.

luce clarius compertum est, eos Deum castigare quos amat? *Quem diligit castigat Deus* (inquit Apostolus) *flagellat que omnem filium, quem recipit.* Pater familias non extraneos, sed domésticos dumtaxat corrigit, ideoque in afflictionibus tuis exultandum tibi est. Referunt Naturæ indagatores delphinum marinum piscem, eò magis exultare, quo sæuius mare, procellis & ventis quatitur; ita etiam animus tuus in medijs afflictionibus recreari debet. Meminisse item cõuenit, Deum persæpè secreto quodam iudicio, pœnam peruerso debitam, iusto infligere, quasi supplicium exigeret ab eo qui culpam non admisit. Verum, vt quid hoc? nisi fortè vt is utilitatem & emolumentum ex afflictione hauriat, quod alius contempsisset.

Quid plura? Hæc infirmitas quam tu patieris Deo te coniunget, est enim velut malus te virtute sua Christo cõiungens. Ideò cum Raymundo verbum hoc intellige. *Quemadmodum Christus ad salutem nostram Sacramenta instituit, sic etiam in tuæ salutis emolumentum hanc infirmitatem immisit, vt per eam saluus fias.* Nec hinc, quærelæ locus datur; Nam sicuti quis vestem laceram à te auferens vt meliorem & nouam

Cc

nouam

nouam largiatur, iniuriam nullam infert; sic hac sanitate te spolians Deus, vt tibi vitam æternam largiatur, nihil iniuriæ tibi facit, sed potius summum amoris erga te argumentum prodit.

Si ægrotus male vitæ sit.

Si verò perspicuum fuerit ægrotum malæ vitæ fuisse, Deum hanc ægritudinem immississe indicabit, vt eum ad se conuertat; qualiter in Beatissimo Patre Francisco euernisse cernimus. Longo namque languore percussus, statim à temporalium lucrorum negotiationibus segregatus, anno ætatis vigesimo, auaritiæ valedicens, quam sanus amore summo profecutus fuerat; totum se Dei seruitio dedit.

Surius tom. 3.

Dunstanus nequaquã in statu monastico induci poterat vt Christum sequeretur, eiusq; insisteret vestigijs, nisi summa ægritudine flagellatus. Hinc rectè canit psalter Regius: *Multiplicata sunt infirmitates eorum, postea accelerauerunt.* Sic ergò, hac te infirmitate visitauit Deus, vt peccatorum relicta sarcina, ad eum rediens, te ab hoc languore liberet, sicut Sampsoni Dolano Episcopo reuelatum fuisse inuenim⁹. Hic cum Patre infirmum visitaturus accederet, statim reuelante sibi Domino comperit, eam infirmitatem ideò Patri contigisse, q̄ peccatum mor-

Crespet in poem. myst.

mortale quasi lethale virus in conscientia
 contactum nunquam in confessione pro-
 didisset, qui mox pœnitens, contritus, &
 confessus pristinae est restitutus incolu-
 mitati.

Si sacros bibliorum codices reuoluamus,
 Ezechiam Regem opulētissimum summa 4. Reg. 20.
 aegritudine grauatum, ob ingritudinis,

ianctantiae, vanitatisque vitia, videbimus.

Si tamen cum eo sanitati animae (si non cor-
 poris) restitui vis; conuertere ad parietem
 & amaritudine repletus peccatum tuum
 desle, tunc enim integrā promereberis so-
 spitatem. Peccatum aegritudinis causa erat,

& vt reor est, tolle peccatum, emunda con-
 scientiam à labe iniquitatis, & tolletur in-
 firmitas. Nam si corporis quæris integram
 curationem, animā delitescente in sordib⁹
 peccatorum; toto aberras cœlo, hoc enim
 Deus agere non consuevit, qui prius animæ
 medetur, quam corpori. Nunquid paralyti-
 co prius peccata condonauit, quam eum ab
 infirmitate liberaret? Hinc etiam rectè ad- Luc. 15.

modum Sancta Mater Ecclesia statuit, vt
 medici prius saluti consulant, quā corpori.

Minabatur Moyses populo Israelitico affli- c. Quum de
 ctionum varietatem illis euēturam, nisi di- penit. & res
 uinis obtemperarent mandatis; sic frustra, miss.

sanitatem assecuturum te arbitraris, ni prius à peccatis tuis resilieris; Nā potius mortem oppetes, quàm vitam, sicut Reges illi duo Ochozias & Afa, qui quia ad Deum conuerti noluerūt morte perierunt. Contra verò si ante actum vitæ tempus cum amaritudine recogitaueris, illud fortassis Deo misereute prolongabitur. Tua igitur scelera, lachrymis absterge.

AD EXCITANDAM
CONTRITIONEM IN ANIMA

ÆGROTI PECCATORIS,
qui diu in peccatis delituit.

CAPVT XXXIV.

HVC adueni dilecte mi, vt te ad Penitentiam, tuorumque flagitiorum contritionem prouocarem, ob oculos ponens abominationem illorum, quibus Deo celsifisti, Diabolo te coniungens, & diuinam prouocans iram. Nunc igitur adamantinū illud cor tuum, quod olim in sceleribus a deò obstinatum fuit, emolliatur, & lachrymarum imbribus facies tua madeat, tuorum perpendens multitudinem delictorum. Neque enim in vno solo deliquisti, sed per

transgressionem mandatorum illius, omnium factus es reus. Num, ab amore illius te subtrahens, dominicos, festosque dies, tuis profanans vel operibus, vel insolentijs; Nomen sacratissimum sumens in vanum; Parentibus inobedientem te præbēs; Mortem proximis imprecans; aliena concupiscens; & his similia perpetrans: Nunc Ecclesiastica parui pendens præcepta, nunc capitalia committens peccata; nunc 7. opera Misericordiæ virtutesque tam theologicas, quam cardinales, & Sacramenta Ecclesiæ deserens, quæ omnia oculis tuis obijcio, quia (vt inquit Seneca) dum peccatorum grauitas, & multitudo ostenditur, anima magis dolore constringitur. Et reuera si illius quem tuis peccatis offendisti bonitatem, & Misericordiam conspexeris, perenderisque, quod te nullis præcurrentibus meritis creauerit, te ad Baptismi lauchrum perduxerit, ciborum varietate satiauerit, te hæredem supernæ Ciuitatis constituerit, Angelum tuæ custodiæ præfecerit; quod tui causa cum generis humani hoste conflixerit, tantaque supplicia subierit; haud dubio ingratum te fateberis, ni statim rubore confusus ad pœnitentiam, & contritionem accendaris. Ne quæso in tantum

Cc 3 laba-

*Epist. 18. ad
Lucill.*

St. Hieron.

labaris ingratitude scelus, quod ut fugere possis, propera sedulo ad Contritionis balneum, ibique torretes lachrymarum effunde, in ablutione fordidum, quas per iniquitatum multitudinem contraxisti, ut interioris doloris, exterius præbeant testimonium. Sicuti enim è vulnerato corde sanguis emanat: ita si cordis tui penetralia, contritionis spiculo percussa fuerint, inde proculdubio fletus lachrymarumq; abundantia erumpet. Ingemisce igitur quia pro peccato mancipium factus es diaboli; & quia à via iusticiæ, atq; à semita rectitudinis declinasti. Ingemisce, quia te infernalis lupo ab ovili Christi subripuerat: prodeant lamenta et suspiria imis extracta precordijs. Saluberrimum siquidem illud est consilium. Dum inflammata domus quædam uritur, undique fertur auxilium, & ad aquam concurritur; sic ardet concupiscentia vel carnali vel terrenorum corruptum, hoc incendiū si extinguere exoptas, lachrymarum adfer abundantiam vi contritionis erutarum, tunc (ut inquit Dominus per Prophetam) omnium iniquitatum tuarum non recordabitur. Et sicut aquila aquis maris suas tergit fordes; sic tu animam fletibus emundas, quos si exterius ostenderis bonum est. Quæ admodum enim vinea scissa si inde effusa

Ezechiel. 18.

aqua viuere iudicatur, sin autē, mortua reputatur: ita si modo cor tuum, & anima tua admonitionis meæ cultro percussa aquas lachrymarū effuderit, viua censebitur, sin minus, iam morti vel adiudicata, vel proxima, reputanda est. Mortua quidē iam est in peccato, sed illud vnicū singulareq; viuificandi remediū est, Contritio. Sicuti enim exiguā aquā quæ cumq; in pugillarib⁹ scripta sunt delentur; sic modica contritione, vniuersa delicta eruuntur ex libro infernalis scriptoris. Si vim, robur & energiam lachrymarū agnosceres, nullis alijs te contra aduersarij postremos insultus munire velles; tanta est illius præstantia. Quod quidem excellenter admodum aduertit Diuus Hieronymus sic scribens: *O humilis lachry-* *In Epist.*
ma, tua est potentia, tuū est regnū, ante tribu-
nal iudicis non vereris accedere, magis crucias
Diabolū quam infernalis pœna. Quæ cum ita
sint, quid ni sumas planctum & lamentum?
 Aduertunt Naturæ scrutatores ceruū dum canum latrantiū multitudine cingitur euolare; en peccator te infernales cerberi circumcingunt, & eis penē in prædā datus es, suspirā igitur & lachrimare, proderunt enim tibi istæ lachrymæ, obsistentque quominus infernaliū monstrorum obsidionē patiaris.

*Quid contrito
dicendum.*

Cap. 38.

*Serm. de Pœ-
nit. tom. 5.*

Matth. 5.

Cernen itaque infirmum præ contritio-
ne suspirantem, & dicentem: *Quis dabit ca-
piti meo aquam, & oculis meis, fontem lach-
rymarum, & plorabo die ac nocte iniquitatum
mearum multitudinem, & temporis iactu-
ram, quam feci, recogitaboque omnes an-
nos in amaritudine animæ meæ: illi Christi
pietatem & Misericordiam proponam, at-
que Ezechiaë exemplo, lachrymis placari
Deum probabo. Huic siquidem cum Isaias
breui verborum copia, euentura retulisset
Dispone (inquiens) domui tue, quia morieris
& non viues; subito ad parietem conuersus
flens & eiulans, contritus ob scelerum mul-
titudinem dixit: *Recogitabo tibi omnes annos
meos in amaritudine animæ meæ suorumque
illico meruit desideriorum adimpletionē.*
Quid mirum? Cum (vt inquit Chryllos-
mus) peccator profusis fletibus iram Dei re-
moueat reformatus in ipso. Et infra: *Lachry-
mæ sunt quæ reconciliant Deo, à peccatis redi-
munt animam, & sanant languores eius, sor-
dentem animæ vestem lauant lachryma, &
dant illi remissionis candorem.**

Ad hæc, illam consolationis plenam Do-
mini sententiam enunciabo: *Beati qui lu-
gent quoniam ipsi consolabuntur. Beatus es
quia hos fletus, has lachrymas absterget
Deus.*

Deus. Tunc non erit amplius neque luctus neque clamor sed tristitia vertetur in gaudium. Apo. 21.

Quod lucidis verbis indicat Diuus Chry-
sostomus inquit: Sicut post vehementes
membres, aer mūdus, ac purus efficitur; ita et-
iam post lachrymarum pluias, serenitas men- Supor. Matth.

tis sequitur. Fœlix igitur es cui lachrymæ
Sancti Spiritus dona promeruerunt, quib⁹
anima decoretur, quibusque vitam valeas
adipisci sempiternam. Quod si fortassis ob- Quid obstina-
to dicendum.

stinatio vinculis irretitus à prauâ vita re-
filire noluerit, hunc minis terrebo se-
quentibus. Cum ergò o miser! ab infausta
hac & deploranda vita resipiscere nolis, en-
tuum tota curia cœlestis, & militans Ec-
clesia deslet infortuniū, en appropiat se-
uiens in te ira Dei, verendumque est ne in
infernī profundum cito ruas; astra, tuam
ludent calamitatem & nō moueris? Quan-
ta sint inferni tormenta conspice, quanta-
que te secutura sit confusio attende; iram
iudicis acerrimi reuolue, tunc pænitere po-
teris. Sed eheu! adhuc persistis? meane ad-
huc verba contemnis? ob oculos tuos po-
ne formidandam illam animæ & corporis
separationem. Geminatis id tibi vocibus
declaro. Sæpè enim tibi indicatum est in
hora illa teterrimos ad futuros cacodæmo-

nes, quite rapiant. Infernales isti Leones
circuient quærentes vt te deuorent animã-
que in tartari profunda demergant.

Tunc loca illa horroris plena aperiẽtur,
& æternum *VÆ* sine fine caniturus pro-
ijcieris, ibi fletus & stridor erit dentium, ibi
serpens vermisque continuo conscientia
interiora rodens aderit. In tua ergo ma-
litiã perseueras? ingemisce & pœnitentiã
vocibus cœlum tunde.

MODVS REPRIMEN- DI PECCATOREM VOLEN-

TEM DIFFERRE PœNI-
tentiam vsque ad mortem

CAPVT XXXV.

SI peccator pœnitere quidem se velle in-
dicat, sed differt vsq; ad mortis articulum,
dicens tunc temporis se ex toto corde ad
Deum rediturum, sex illi impedimenta o-
bijciam propter quæ id fieri non expediat.
Primum est. Amor terrenorum quibus es
irretitus, quorũ recordatio eò validius mē-
tem tuam quatiet, quò proximius fini vitæ
tuę coniungeris. Quemadmodum enim o-
ues sub vespërã acrius figuntur pastui cum
illas

*Sex impedi-
menta, salutis
contraria in
hora mortis.*

illas pastor ad reditum cogit ; sic te rerum
mundanarum affectio eò vehementius ex-
agitabit , quò mors ad reditum compellet.
Si hæreditates , amplasque ædes possedisti,
in vltima illa hora tuę recordatus affluētia,
ingemiscens clamabis. Heu me infœlicem!
tantis laboribus , variatisq; sudoribus the-
sauros cõgessi, domos ædificaui , possessio-
nes comparavi, & en omnia morte propel-
lente cogor relinquere !

Amor terrenorum.

Si filios habes discolos, mille cingeris an-
goribus. Si tibi paruuli sunt, eos relinque-
re vix potes, ne fortè mater, eorũ in secun-
dis nuptijs obliuiscatur. Cares hæredibus?
dolens illa Ezechiaę intonas verba: *Genera-*
tio mea ablata est à me, cogitasque quisnam
bonorum tuorum hæres futurus sit. Inge-
minas hanc vocem: ò me miserum qui tan-
ta cum fatigatione , animiq; anxietate hæc
mihi bona cõparavi! en Inimicus illis for-
tasse gaudebit. Si verò tibi filij & hæredes
legitimi sunt ; tunc creditorum veniet me-
moriam, de dote qua vxori obligatus es cogi-
tabis, vereberisque ne te defuncto litigent
filij, & verbis se procacibus impetant. Hu-
ius labyrinthi varijs intricatus semitis , de
salute nequaquam cogitare poteris.

Isaia. 38.

Secundum : Amor proliũ & parentũ, qui
lectu-

*Amor proximo-
rum 2. im-
pedimentum.*

lectuli ripam circumstantes, te à salutis cogitatione auertent. Tunc inquires: Expedit ne charas has genituras relinquere parentesq; deserere, quos deinceps in hoc Mundo cernere non potero? Eheul arbitrabar eos senectutis meæ futuros sustentacula, ætatisque fulcra decrepitæ. Si vxorem miseris, duplicata voce eorum infelicitatem exaggerabis. ò infelices orphanos, qui matre priuati, iam statim patre orbatu eritis. Cui vos committam? quis vestrum excipiet curam? quis edocebit? vereor ne bona quæ vobis comparauì ad alienos diffluant.

Tertium. Morbi vehementia qua quies omnis à te auferetur, capitis dolores, stomachi corrosiones, quæ omnem salutis memoriam elident. Quomodo tunc Dei memor eris, cuius in afflictionibus iram, seueritatemque experiris? Poteris ne cum illo conuenire, qui te ægritudinis vi torquet? Id Pharaon nequaquam assequi potuit.

*Exod. 8. 9. 10.
11.*

Psal. 6.


Quartum. Appræhensio pænarum infernalium quæ te sic à Deo segregabit, vt oculis velatis vix de salute conspicerere possis. Nam vt inquit Regius, *non est in morte qui memor sit tui*, quæ tamen appræhensio salutis tuæ nihil proderit, siquidem
neces-

necessarium est, vt ad Dei amorem te cō-
 feras. Hinc bene Aug: *non timeatur pro pœ-* De vera
na, sed ametur pro gloria. Debet etenim pœ- falsa pœnit.
 nitentia, (si meritoriè velis operari) non ex
 pœnarum consideratione coacta esse, sed
 omnino voluntaria. Nunc autē liquidò cō-
 stat quia voluntaria non est, cum eam vsq;
 ad vltimum vitæ spiritum protrahere velis,
 vnde etiam oritur vt plerique ægroti in-
 firmitatis tempore vitæ polliceantur emē-
 dationem, qui redditi sanitati denuo in for-
 dibus volutantur.

Quintum. Dolor & timor mortis, te à
 salutis recordatione semouebit, cuius ve-
 hementiam expertus Rex Ezechias, fame-
 lico leoni affimilabat inquiring: *Quasi leo sic* Isaie 38.
contriuit omnia ossa mea. Infirmittatis quidē
 acerbi sunt dolores, verum illas excedit Ti-
 mor mortis, omnium terribilium terribi-
 lissimum. Vexatur ab ægritudine corpus,
 sed, corpus & animam torquet timor mor-
 tis. Quantis proh dolor! circumdaberis
 angustijs! quot cogitationibus anxijis in-
 uolueris! eo præcipue tempore quo mors Aug. de Spiri-
 violenter animam à corpore separabit cum tu & anima
 omnibus illius potentijis. Si dens aliquis ti- c. 17.
 bi erutus fuit, magnos profectò persensisti
 cruciatus, sed mortis vehementiæ compa-
 rati,

rati, nulli sunt. Tunc enim anima euellitur quæ non solum in vna corporis parte residet, sed in omnibus vt sentiunt Philosophi. Hæc reuolue, & salutis tuæ media ulterius non differes.

Sextum. Horribilis formidandaq; Demonis species tuæ obsistet salutem. Nam tunc temporis fortius acriusque adurgilabit, vt te in desperationis præcipitium pertrahat, & in eo te vinciat, scit enim, quod si eo tempore animam superauerit, suam fore in æternum; contra verò si amiserit, nouit se irrecuperabilem illius iacturam fecisse. Ideo vires omnes exeret, vt animam tuam captiuam sibi subijciat, & ad exitialem finem perducatur.



COHORTATIO PII
VISITATORIS QVA ÆGRO-
TVM MONET NE POENI-
tentiam differat vsque ad ho-
ram mortis.

CAPVT XXXVI.

VTigitur amice mi tantorum pericu-
lorum

lorum procellosos fluctus euadere possis, in instanti pœnitentiam age, & post peccati naufragium factum, illam salutis tabulam statim apprehende: *Non est crede mihi prudentis dicere viuam, sera nimis vita crastina est, uiue hodie.* Antiquū Patrem Tertullianum de pœnitentia sermocinantem audi: *Pœnitentia vita est, cum preponitur morti, eam tu peccator ita inuade, ita amplexare ut naufragus alicuius tabula fidem: hæc te peccatorum fluctibus mersum proleuabit, & in portum diuinae clementiæ portabit.* Nec absteribile est quod Diuus Ambrosius animam tuam alloquens enunciat: *Tu quæ iam es ingressa agonem, pœnitentiâ insiste misera, fortiter inhere tanquam naufragus tabulæ, spiras per illam te de profundo criminum liberari.* Quid igitur obest quominus ad eam conuales? An fortassis vereris, ne te Deus benignè pœnitentem recipiat? Solent quidē temporales Domini in seruos vel ancillas concitati eos expellere verberibusq; contundere; sed non ita Deus noster, qui reuertentes ad se benignè recipit, nec flagris aut verberibus eos onerat; quinimmo eos ad se reuocat inquit: *Conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos.* Insuper cum te clementissimus ille Deus huc vsque ad pœnitentiam

Lib. de pœnit.

Pœnitentia ante mortem.

Ad virg. sap.

Zachar.

*Ecclesiastici
cap. 5.*

tentiam expectauerit nec te pro commissis sceleribus ex æquo punierit, ne noveris ad eum conuerti, vt recte admonet Sapiens; *Non tardes conuerti ad Dominum, & ne differas de die in diem, subito enim veniet irae illius, & in tempore vindictæ disperdet te.* Ne ad instar corui dixeris cras cras conuertar, qui cadaueri implicitus, ad arcam non redijt. Eum proculdubio imitareris si solummodo castitiam proponeres pœnitentiã, quæ tamen nunquam sequeretur, cum nihilominus tempus pœnitentiæ congruum velociter euoluatur. Quam terribilis vox quædam audita est à damnato dicente: ò cras! cras! quam mihi longum damnationis contexuisti funiculum. Tu me ad inferni ima pertraxisti! ò me infelicem! dies mei transierunt, & absque bonorum operum fructu euanuerunt, in sempiterna relinquentes præcipitia! Alias huiusmodi lamentationes relinquo, quas refert Dionysius Chartusianus, in lib. cui titulus via salutis, vt sententiam diui Augustini perpendam, dicentis: *O vox coruina semper dicit Cras, Cras, & nescis fieris cras, quia hac animaduersione percutitur peccator, vt moriens obliuiscatur sui, qui dum viueret oblitus est Dei.* Ne coruum igitur imiteris tuam in dies

*Serm. 3. de
Innocent.*

fessione, cum possibilitas adest nihil prodest, vt Diabolus fateri semel inuitus debet. Mulier quædam (ò sexum nimium procliuem in pudorem!) humana verecundia peccatum mortale propalare non audebat, interim nocturnis diurnisque vacabat orationibus, vim lachrymarum copiose profundens, & corpus tum vigilijs, tum ieiunijs macerans. Quæ cum in templi angulo

*Gab. Inchino
In viis palat.*

Deum precaretur vt sibi noxam remitteret, Sacerdos capiti illius super volentem dæmonem ridentem & subfannantem conspicit. Quem cum interrogasset, quæ causa risum ei moueret, dixit: Rideo quia hæc mulier plorat, & dolore se angit, interim in infernum properat, dum mortale peccatum solis lachrymis expiare se existimat. Hinc benè August: monet singulos nostrum in-

Lib. de penit.

quiens: *Is quem pœnitet, representet vitam suam Deo. per Sacerdotes, proueniat iudicium*

Lib. 8. moral.

Dei per confessionem. Et Greg. Qui promereri vult quod expetit, debet malū confiteri quod fecit, post quem plura connectens D. Augustinus scribit, non potest quisquam a peccato iustificari, nisi peccatum ante fuerit confessus. Quibus subnecti potest illud Philolopi Boetij: Si operam medicantis expectas, portet vt vulnus detegas. Sed vt quid tot Patrum recenseam testimonia cum id ex-

tris codicibus eluceat ? Sic enim Spiritus Sanctus per os Sapientis loquitur : *Qui abscondit scelera sua non dirigetur, qui autem confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiam consequetur.* Verè misericordiam consequetur, nam nil confessione gratius Deo ab homine offerri potest, siquidem per illam, testamur innocentiam agni illius mansuetissimi qui pro nobis mortis supplicium passus fuit, ex cuius sanguinis innocentissimi effusione meritum consecuti sumus indulgentiæ & remissionis peccatorum in Sacramento. Nil ergò iucundius Sanctissimæ Trinitati quam illius innocentis confessio qui tamen à Iudæis varia sustinuit opprobria, cum dicerent : *Nos scimus, quia hic homo peccator est,* quæ honoris iactura tum reparabitur, cum te peccatorem confiteberis. Pluribus non utar verbis, cum enim te contritum videam te peccata pro palatum spero, fieri siquidem non potest, ut is qui verè contritus est, peccata sua non prodatur. David vehementer admonitus à Propheta Nathan, voce singultuanti exclamavit : *Tibi soli peccavi & malum coram te feci.* Psal. 50. *& dixi confitebor adversum me iniustitiam meam Domino.* Homicidam, adulterum, & proditorem se fatetur. Diuus Paulus non

Dd 2 solum

solum dolet in animo se Ecclesiã Dei persecutum fuisse, sed id ipsum publicè prædicat suorum scelerum immanitatem explicans: *Persecutus sum Ecclesiam Dei.*

1. Corint. 15.

Ioannis. 4.

Mulier samaritana, exhortatione Christi audita per vniuersã vrbis compita reuertens hominem quendam suorum adulteriorum enormitatem propalasse. Idem amplectere, nec tibi solam cõtritionem sufficere existima, sed vniuersa delicta pande non solum in generali sed in speciali prout vniuersum quodque commisisti, adiunctis vniuersisque circumstantijs: Nam vt rectè annotauit D. Chrysostomus non solum leprosus (qui typum gerebat peccatoris) leprosus se indicabat, sed insuper & locum lepræ tenebatur ostendere. Immò si Sacerdos oblaturus erat sacrificiũ pro expiatione culpe illius notitiam habere debebat. Integra igitur & voluntaria esse debet non verò coacta. Sed eheu! quam multi sunt qui peccatum ita contegunt, vt illud ne tiquam enuncient nisi vi compulsi fuerint: Hos ego Aham similes arbitror qui non prius fatentur factum esse quam à Iosue hæc vox inuoluit: *Fili da gloriam Deo, & confitere quod feceris.* Permanent enim in peccatis vique ad vitimam vitæ periodum, & ni compellere-

In Matth.

Leuit. 4. 5. 6.

Iohan. 7.

lerentur, nequaquam confiterentur. Quò
pacto, multæ animæ ruunt ad tartara, & in
atenum condemnantur. Quam damna-
tionem si euadere exoptas, rade non dimi-
diam partem pilorum, sed superfluitates
omnes peccatorum ; demolire Amalech;
& Pharaonem infernalem in aquis pœni-
tentia submerge, sicque mereberis grati-
am illam remissionis & Indulgentiæ quam
reliquit nobis Christus in hoc Sacramento,

EXHORTATIO QVA
MONETVR ÆGROTVS VT
IN HAC VITA SATISFA-
ciat pro peccatis.

CAPVT XXXVII.

QVonia hoc Pœnitentiæ Sacramen-
tum tribus constat partibus, adeptis
am prima & secunda parte, restat vt terti-
am quæ est satisfactio amplectaris, quæ est
afflictio quædam voluntaria, ad emunda-
tionem culparum commissarum, non mi-
nus necessaria quam præcedentes. Hinc
doctor subtilis Scotus docet satisfactionē
hominem esse necessariam, vt sine illa, De^o

In 4. d. 15.
4.1.

Dd 3 ex

*Dist. 16.**Diog. in vit.*

ex lege ordinaria hominē saluare non posset. Et concludit; absolutionem Sacerdotis irritam esse, nisi Pœnitens satisfaciendi voluntatem habuerit. Sicq; necessarium est ut illius sis voluntatis, nempe ut proponat pro commissis peccatis satisfactoriū, vel in hac vita, vel in alia. Quemadmodū enim ægrotus varijs curatur modis, nunc per sudoris expressionem, nunc per vomitum, & per dietā; sic peccator à vitijs resultat, & ad meliorem reuertitur frugem, non solum per contritionē, & Confessionē, sed etiam per satisfactionem, quæ salutis diæta est. Infortensi iustitia nō ideo fur vel latro liberabit, quia furtū passus est, sed illi, vel multa, vel corporalis infligitur pœna, ut puta ieiunij & huiusmodi; sic nec te liberū ideo arbitris quia peccatum confessus es, sed pœnitentia est subeunda. Sancierat Athenis publica lege Solon, ut qui in aliquo deliquerat, in satisfactionē, sigillatim sua coram iudicibus crimina enunciaret. Lacedemoniensibus hæc inoleuerat consuetudo, ut ij qui in aliquo rei depræhensi fuerant, se circumgirarent carmina quædā in proprium tēdeniā dedecus alta voce decantantes. Quod sitēporalibus ita par erat satisfieri iudicibus; quid ni post contritionē & Confessionem.

satisfactionem quoque exigat Deus? Hoc in antiqua lege præfiguratum ostenderit, cum dentem pro dente, oculum pro oculo, aurem pro aure, licet mutilatio indulta esset reddi imperabat. Licet ergo peccati remissionē adeptus sis luenda tamen tibi restat pœna, quā vel in hoc sæculo persolues, vel in alio. Quod si ius Civile diuersas diuersis pœnas constituit, mirū non esse, debet si Ecclesiastica quoq; iura diuersi generis pœnitentias assignent, ideo enim fit, ut à satisfactione nemo arceatur, sine quā nullus vitæ æternæ gaudia consequetur. Nam vel in hac vita, vel post mortē plenariē satisfaciendū est, vtrumq; fieri potest. at consulo vt in hac potius q̄ in alia hoc exequaris.

Exod. 21.

Primo. Ob ingentem ignis purgatorij acerbiteriam, quo tua torquebitur anima, cuius tanta vis est, vt nullus illi dolor æquiparari possit. Ideoque sacri Doctores nullum discrimen inter purgatorij & inferni ignem admittunt, nisi quod hic, animæ cū spe salutis; illic verò sine vlllo solatij vel salutis refrigerio cruciantur.

Secundo. Quia anima tua, ab æterna visionis Dei lætitia, retardabitur, quod tamen sumis exoptat votis, hanc nam que sibi pollicitam agnosceret, & idè sume torquebitur.

D d A Ter-

Tertio: Quia pœna voluntariè inflicta, ad satisfactionem magis prodest, quam ali quæuis purgatorij, licet in intensiois que litate posterior priorem excedat. Hinc factum est, vt plerique habita eligendi optione, malletne igne purgatorio per vnum aut alterum diem expurgari, an per totum vitæ tempus infirmitate cruciam, ægritudinis molestias subire voluerint, scientes, quod si omnia martyrum qui pro Christo passi sunt tormenta in vnum coalescerent, imparia esse igni purgatiuo, nec æquali lance decertare.

Quod si abnuat pœnitens, inferatque se multoties peccasse, atq; ideo pœnam sibi, & suis demeritis deberi æternam, cum pœna correspondere debeat delicto, offenditque infinite Dominum; ad hæc respondebo: Gratiam Dei quæ infiniti est valoris, satisfactionem validam Deoque gratam efficere, sine quâ ne quidem vel vni peccato satisfieri posse negat mellifluus Doctor; adeo vt Lucifer absque illa, nullatenus vni rebellionis, superbix, & Ambitioni (quamuis immensa præditus esset fortitudine) respondere quiverit. Ad hæc satisfactio illa ex meritis passionis Christi suum fortitudo effectum, ex quibus etiam Indulgentiarum pot.

*Sermon. super
illud Isaie:
vid. Dom:*

potimur beneficio quas piè Sancta imper-
titur Ecclesia, vt p ijs satisfaciatur, qui ob in-
firmitatis grauamina, ieiunijs, vel alijs hu-
iuscemodi modis satisfacere non possunt.

Quod si denuò ægrotus valetudinis in-
firmioris se sentiens illam in alterum refe-
rat & maximè in Confessarium, quæritur
vtrumne illa ab alijs impleri possit ! Cui
quæstioni vt respondeam, dico id fieri pos-
se, si tamen vterque in diuina est gratia; q
ex iure Canonico elici potest, vbi dicitur
quod si pœnitenti à confessario pœnitentia
iniungatur cui satisfacere non possit, eam à
Patre spirituali impledam esse.

*De pœnit. d.
6. c. 1.*

Nec discrepat ab illo quod dicit Apосто-
lus: *Alter alterius onera portate*, quod onus
maximè spirituale censendum est. Si ergo
ægrotus absque satisfactione morti vicinus
sit, poterunt adstantes pia aliqua oratione,
illius voluntatem supplere, ne fortè in de-
sperationem inde collabatur, & orationem
Angelicam vel nomen Iesu recitare, vel ei
mortem in pœnitentiam dare, vt sic liber
ab hoc mundo recedere possit. Quod si
fortassis, id, in dubium trahat, hanc illi ra-
tionem enucleabo. Potest in forensibus
contractibus vnus pro alio satisfacere; quid
ni ergò similiter in Ecclesiasticis. Cum itē


Galat. 6.

Dd 5 per-

*Euseb. lib. 3.
hisor.*

*R.P. Leonard.
Lectus script.
in Thom.*

permulti Sancti pro aliorum delictis satisfecisse reperiantur, vt de Sancto Ioanne Euangelista legitur, qui pro nebulunculo in sua absentia peruerso dicebat: *Ego pro te Christo rationem reddam.* Et de Sancto Gerardo qui septennem subiit poenitentiam pro peccatis Episcopi cuiusdā Treuirensis.



QVOD ÆGROTVS
ANTE MORTEM DEBEAT
ABLATA RESTITVERE, IN
satisfactionem peccatorum.

CAPVT XXXIX.

CVM secundum communionem Patrū opinionem Satisfactionis quæ dā pars sit, alienarum rerū restitutio, hinc est quod te, *Amice mi* antequam ex hoc Mundo discedas cohortari volo ad integram perfectamque alienorum bonorum (si quæ possides) restitutionem, diuina ad id te impellente Iustitia, sub æternæ damnationis periculo. Frustra enim contritus & confessus es, si satisfacere, aliena & malè parta restituendo,

endo nolueris, & vane ludetur spes tua, nec quicquã tibi proderit, sicut nec alteri cui-
dam profuit, qui vltimum agens spiritum
contritioni & Confessione satisfecerat qui-
dem, sed quia restituere noluerat infernali-
bus traditus est flãm̃is. Huius integrã refe-
rã historiam, vt vnusquisq; inde terreatur,
atq; huius temporis & sæculi malitiam ag-
noscat. Eo namq; progressa est hominum
amentia, vt Sacerdote ingresso ad infirmũ,
vt eũ salutaribus imbuat monitis, hæredes,
timentes ne fortè ijs permotus, malè parta
restituatur, inhihent ne loquatur; en (inqui-
entes) conualescit, requiescit, moleste fe-
ret si ab illo somno excitetur. Proh dolor!
quam verum est illud: *Inimici hominis do-
mestici eius*, proximi eius siquidem maximè
aduersantur illi. Hoc sequenti clarè patebit
exemplo.

Matth. 5.

Fœnerator quidam in grauem lapsus in-
firmitatem Religiosum virũ Fratrem Mi-
norem aduocari iubet vt illi confiteatur;
quem cum Confessarius à peccatis absol-
uere nollet nisi prius restitutionem se fa-
cturum sponderet, idque ex testamento
manu Notarij publici cõsignato, hic vt ab-
solutionis beneficio potiretur, testamẽtũ
condidit. Quod cum vxor & liberi rescii-
uissent

uissent lachrymabūdi ad ripam lectuli pro-
uoluntur, ibiq; voce singultuanti sic eum
mulier affari cœpit : Siccine infœlices non
deseris? patieris me, liberosque tuos, quos
tam vnice diligebas ostiatim victum qua-
rere? Ad eò mellitis elocuta est sermonibus
vt is subitanam canens palinodiam, testa-
mentum quod condiderat irritum faceret,
aliudque ordinaret in quo nullam restitu-
tionis ageret mentionem. Hoc cum com-
perisset Pater eius Spiritualis ad eum redi-
ens, quid (inquit) audio, testamentum prius
irritum fecisti? resipisce miser, ni in æternū
damnari velis. Quo dicente id à se fieri non
posse; ait: Absolui te ea conditione, vt ma-
le parta redderes, nunc ergò, ex parte Dei
absolutionis beneficium à te reuoco. Mi-
rabile dictu! vix illa verba protulerat cum
subito coruus niger cubiculum ingressus
illius insidens pectori rostro ori infixò, in-
de amoueri nequiuit quoad usq; infectam
putidamque efflaret animam. Vide igitur
ne simile quid tibi contingat. *Non enim* (vt
inquit Diuus Aug: *dimittitur peccatum, nisi*
restituatur ablatum.

Annal. frat.

Min. l. 4.

*Epist. ad Ma-
ced. relat. 14.
4. 6. c. si res.*

Nam quemadmodū febricitans à mor-
bi doloribus non expurgatur, nisi per san-
guinis prauis extractionem; sic qui aliena
reti-

retinet, saluari nequit nisi per restitutionē. Si in naturæ ipsius schola edoceri vis, quid agere debeas facile perspicias. Sicuti enim dum facultas digestiua (vt inquit Benedicti) unicuique membro suam tradit portionem, si ex indispositione, membrum vnum, alterius retineat alimentum, corpus inflatur & tumescit: ita in corpore mystico quod est Ecclesia prorsus accidit; nam cum particularis quispiam alterius bona retinet quæ sibi non debentur, inflatur, & tumescit per furti peccatum, quo in anima perseverante, frustra salutis portum se consecuturum sperabit Hoc altera similitudine clare patefacere conabor. Quemadmodum fur in furto depræhensus, & à prætore inquisitus veritus suspendium à se omne furtum abijcit ne quid penes se inueniatur; ita vt periculum supplicij sempiterni euadas, malè comparata redde, ne fortè sæua morte furti reum inueniat, & æternis flammis comburendum tradat. Quid obstat? Nonne omnia bona tuâ largireris, vt temporali carcere solui posses? en, vt sulphureos carceres euadas, restituere iniuste acquisita differs. O cœcitatē! Ne morti temporali succumbas, omnia tua distribuere, non vereris; at vt mortem æternam fugias tenax

*In summa
tract. de resti-
tut.*

Ezechiel c. 18.

max & auarus es ! Prophetam loquentem
audias : *Si homo pignus debitori reddiderit,
per vim nihil rapuerit &c. Vita (spirituali)
viuet, & non morietur, æternaliter, ex qui-
bus patet, Deum non dimissurum iniquita-
tes & peccata, nisi restituâtur ablata. Non-
ne hoc ipsum docet D. Paulus dñ ait? Red-
dite omnibus debita.* nam id expedit, siqui-
dem ad restitutionem iure Naturali, Eccle-
siastico, & diuino obligamur. Ad hæc ne-
mo potest Religionem diui Francisci pro-
fiteri ni prius debitis omnibus expeditus
sit; quanto minus cælum, & foelicitatem
sanctorum ære alieno obstrictus intrare
poteris?

Rom. 13.



EXHORTATIO AD Æ-
GROTVM PRO REMISSIONE
INIURIARVM ANTE
mortem.

CAPVT XL.

Postquam infirmum ad restitutionem
nec non ad Eleemosynarum amplam
distributionem incitauerit pius visitator,
eum

eum ad iniuriarum remissionem cohorte-
 tur necesse est; *frustra siquidem* (teste Isido-
 ro) *Deum sibi propitiari querit, qui cito in pro-* Lib. de summo
ximo placari nequit. Quod ut aptius fiat, se- bono.
 quentia inculcanda sunt. Dilecte mi, ut eò
 expeditior sis in itinere quod aggressurus
 es, Sapientissimus Salomon consulit ut ex
 corde toto, remittas iniurias tibi illatas, in-
 quiens; *relinque proximo tuo nocenti te, &*
tunc deprecanti tibi, peccata soluentur. Illud *Eccles. 28.*
 præstantissimum siquidem est consilium,
 talis namque futurus erga te iudex est, qua-
 lem te erga proximum exhibueris; si Mise-
 ricors fueris, misericordem inuenies; si pec-
 canti indulgere nolueris, nec ille iniquita-
 tem condonabit; quinimmo, omnia vota
 spernet, oblationes rejiciet, confessionem
 & contritionem parui pendet, denique iu-
 dicio sine Misericordia fiet tibi quia mi-
 sereri noluisti. *Esto igitur consentiens aduer-* *Jacob. 2.*
sario tuo dum es in via cum eo, ne forte tradat
te aduersarius iudici, & iudex tradat te mini-
stro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi *Matth. 5.*
non exies inde donec &c. hoc est: Inimicus
 ille cui condonare renuis, te Iudici Christo
 offeret, ille verò ministris infernalibus in-
 æternum te comburendum tradet. Seruus
 ille nequam cui debitum omne dimiserat
 cle-

Math. 18.

clemens Dominus, conferui sui miserem
 nolens, sed debitum centum denariorum
 exigens, & suffocans, nonne carceri man-
 cipatus est? Sic faciet vobis Pater vester ce-
 lestis, si non remiseritis unusquisque de cordi-
 bus vestris. Præbe igitur benignum suppli-
 canti auditum, & in hac vltima valedictio-
 ne precantem ne respue, nam si illi aurem
 præbueris, te similiter exaudiet Deus, si in-
 dulseris & iniuriæ oblitus fueris, peccato-
 rum tuorum nequaquã recordabitur Deus,
 indulgentia siquidem remissione compen-
 satur. Contra verò induratio cordis, & ob-
 stinatio crudelis animi, misericordiam Dei
 ab homine planè diuertit, exigitque debi-
 tum quod dimiserat, cum post confessionem
 & contritionem iniuriarum recordamur.

Math. 6.

Ad hæc si ex corde non dimiseris, sine
 fuce mendacij in vltima vitæ periodo ora-
 tionem Dominicam recitare non poteris.
 Nec enim illud benè inquires: *Dimitte nobis
 debita nostra sicut & nos dimittimus debitori-
 bus nostris*, illa siquidem petitio conditio-
 nata est, nam si dimittere nolueris, Deum
 rogas vt tuæ iniquitatis memor sit, nec di-
 mittat. Insuper pontem quò transuaditu-
 rus eras ad portum salutis, frangis, dum ini-
 uriarum recordaris, sicque verendum est

ne in vindices Dei manus collabaris, qui Fratri supplicanti indulgere nescis. Sapi- *Surius 9. feb. tom. 1.*
 cius morti (pro fidei defensione) proxim^o,
 quia illatam sibi à Fratре iniuriam dimitte-
 re noluit; duplicatam Martyrij, & æternæ
 felicitatis coronam amisit. Maxima ergo
 te iniuria afficis, dum condonare suppli-
 canti renuis, nam eum vulnerare non po-
 tes, nisi te prius interficias. *Qui enim Fra- 1. Ioan. 3.*
atrem suum odit, homicida est, inquit D. Io-
 annes. Et sicuti prunas ardentes manibus
 sine combustionе contrectare non vales:
 ita nec sine maximo tuæ salutis incommo-
 do iniuriarum reminisci. Stultum ergò est
 illud in animo retinere, quod non possis
 nisi cum summa iactura & quidem animæ
 reseruare.

Quod si fortassis existimas te inimico
 nocere dum veniam denegas; falleris. Nam
 lex non imperat vt veniam impetret qui
 iniuriam intulit, sed solum vt veniam pe-
 tat, quod cum facit, legi satisfacit, & licet in-
 dulgere nolis, salutem tamē assequi potest.
 Tu verò, te fortiori constringis vinculo à
 quò animæ tuæ iactura, & damnatio pen-
 det. Remittens noxam, emolumentum
 hauris, remissionem nempe iniquitatum;
 & denegans pacem, irrecuperabile tibi pa-

E e ras

210 ÆGROS VISITARE

ras detrimentum, quia peccatorum tuorum
reminiscetur Deus, ut te pro ijs, pœnis cruci-
ciet sempiternis. Fidem adhibe Apostolo
qui suadet: *Non occidat sol super iracundiam
vestram.* ecce enim per mortis tenebras
Mundus hic occidit tibi, desere igitur iracundiam,
& memor est verborum Domini
dicentis: *Non quæras ultionem, nec memore-
ris iniuria civium tuorum.*

Si his contradixerit ægrotus, dixeritque
se illi indulgere non posse eo quod dedeco-
ri suo operam dederit, eo quod eius bona
diripere tentauerit, subiunget. Et tu quidem
in infinitis modis, innumerabilibusque vic-
ibus Dominum offendisti cuius infinite boni-
tatis non est numerus, differesne ergo
proximo parcere qui te offendit, Deo tot
tantaque scelera indulgente quæ contraxi-
sti? Si dixerit; Inimicum veniam non mere-
ri: respondebit. Madido te sacco contegis
meretur enim Christus, qui remitti iniuri-
am præcipit in nomine suo, & rogat, *tibi
exemplum relinquens Dimitte illis Patres
quia nesciunt quid faciunt.*

Luc. 13

Si replicauerit, Christus, Deus erat, ego
autem infirmus homo nec eius virtutes imi-
tari possum. Ref. comparationem adferens
R. P. Didaci de stella Franciscani; qui in-
quit

quit: Si Rex arreptis scopis aulam verreret,
 rustico autem iniugeretur vt exemplo Re-
 gis idem faceret; nonne si id abnueret quia
 Regis officium & munus esse diceret ab o-
 mnibus subsannaretur? Cum ergò Christ^o
 Rex gloriæ ante mortem, mortis auctori-
 bus veniam non solum contulerit, sed & à
 patre postulauerit, quid ni illum tu homo
 imiteris? Infinita sunt penè, ad id te mouē-
 tia exempla. Tertullianus refert fortes illos
 Christi athletas, Martyres antiquos, pro
 incolumitate Imperatorum, tranquillitate
 Imperij, pace Tyrannorum, Deum dum ad
 mortem raperentur precatos fuisse. Ste-
 phanur protomartyr dum crepitanibus
 lapidibus obrueretur, inter medios dolorū
 conflictus, hanc vocem geminabat: *Domine*
ne statuas illis hoc peccatum. D. Iacobus
 dum ad Martyrium duceretur, roganti tor-
 tori vt veniam daret voci osculum, osculo
 pacem connectens dixit: *Pax tecum & fle-*
xis genibus: Domine (inquit) Deus dimitte
illis quia nesciunt quid faciunt. Phocion, ve-
 neno se intoxicaturus, filium precabatur,
 ne Atheniensibus quicquam mali impre-
 caretur, licet iniustè eum morte condem-
 nassent.

*Lib. 3. de vanit.
 Mundi c. 9.*

*Apol. contra
 gentil. c. 30.
 c. 31.*

AE. 7.

*Euseb. lib. 9.
 hist. Eccles.*

*AElian. lib. 12.
 variar. histor.*

Si dicit Mundum se ludibrio habiturū:

Ec 2

Ille


*Ioan. 1.
Rom. 12.*

Illa prorsus calua excusatio est, Mundus enim Deum non cognouit; & Paulus nos instruit, *huic seculo nolite conformari.*

Si allegauerit Regem Dauidem noluisse parcere Ioab eo quod Baltheum sanguine Absalonis & Amasæ scedasset; id diuina volente Iusticia & ordinante prouidentia factum fuisse asseret, vt nempe per mortem temporalē quā amico in delicti poenā inferebat, mortem illius redimeret sempiternam. Quid ultra inculcare possem, vāte iniuriæ memoriam ableges? quoniam tamen Corpus Dominicum statim recepturus es, vnicum tibi proponam exemplū hominis cuiusdam, qui nullatenus proximo iniuriam remittere volebat. Hic cum sacrosanctę missæ sacrificio sæpè interesset, hostiam minime videre poterat, inimicij indignum tanti sacramenti aspectu illum reddentibus. Tunc ergò Creatorem tuum in medijs iniuriarum ardoribus, videre & recipere te posse existimas? An ad eius confortium admittendum te putas? An empyrei cœli aditum tibi patere arbitraris? falleris: Miserere ergo animæ tuæ & proximo tuo roganti, commissam iniuriam indulge. Obluiscere iniquitatis in te admisse, vt Deustuorum pariter scelerum obliuiscatur, nec

*Thom. de
Kemp. in vit.
Hen. de Bru-
no.*

ne te ob eorum multitudinem debeat de libro vitæ, æternis te addicens gehennæ cruciatibus, cum infelicissimis dæmonibus torquendum.



QVOD VISITATOR,
ÆGROTVM EXHORTARI
DEBEAT AD DIGNAM COR-
poris & sanguinis Christi sus-
ceptionem.

CAPVT XLI.

Ægroto itaque per Contritionem, Confessionem, & Satisfactionē, nec non per restitutionē & iniuriarum remissionem disposito, prudenter admodum eū pius visitator hortabitur, vt se ad dignam corporis & Sanguinis Domini sumptionē, per virtutum ornamenta, diuini amoris incendia, fidei fulcra & deuotionis insignia disponat & præparet, antequam tam dignum, suauem, & amabilem excipiat hospitem. Socrates quodam die inuitat^o ad nuptias, vt ijs honorabilius interesset capillis ritē conciñatis & in ordinem distributis, cal-

Psal. 48.

ceis quoque suavi fragrantia resperfis, interrogatus quare ita concinnè ornatus esset; respondit: *Vt pulcher ad pulchrum accedam.* Christus itaque nobis in hoc spiritali cibo oblatus, speciosissimus est forma patris filijs hominum. Quod si antiquitus sordes in conuiujs mortalium tanta cum sollicitudine tergebantur; quod piaculum, quodque scelus foret, tam ineffabile Sacramentum accedere, atque tam opiparo conuiuio interesse in sordibus delitescere anima Mundare ergò ad instar Socratis, ut pulcher pulchrum excipias hospitem, eius utilitatis, fructus vberes, & emolumenta quae inde emanant assidue perpendens. Quem admodum enim panis hic quotidianus quo ore sumis, vitam fouet corporalem: sic, panis hic substantialis, animæ tuæ vita esse debet, quo nullus fidelis, hac vita excedens priuandus est.

Olim manducabatur agnus Paschalis sub vesperum, ut inde fidelis edoceretur substantiam vitæ agnum sine macula corpus dicitur Dominicum manducare, quod quidem in corporari sibi conuenit, ut illi perfectè veniatur. Hoc unicuique necessarium ostendit prototypus noster qui antequam ex hoc Mundo migraret sacramentum illud instituit.

tuit, quod Christiani digne recipientes, nil Deo gratius, nil Christo acceptius agere possunt. Quid enim præstātius posset Deo Patri offerre migraturus ex hoc mundo, quàm corpus & sanguinem vnigeniti Filij sui? Quid iucundius filio; quàm id, quod nobis in amoris symbolum reliquerat? Paterfamilias moriturus filijs suis se ipsum relinquere vellet si posset; verum id non valens præstare illis annulum, vel lapidem prætiosum tradit, quò illius perpetuo fiant memores: At Iesus Christus maiori flagrans amore, exiens ex hoc mundo, proprium reliquit corp^o, per quod, nobis semper præsens adest, vsque ad consummationem sæculi, prout spondit. Si igitur iã moriturus & vadens ad Patrem annulum, vel amicitiae arram deferre posses, nunquid rem illi gratam præstares? Cum ergo in tua potestate sit, corpus Dominicum tecum deferre, quid obstat quo minus illud accipias? Insuper, nihil est quod ita verearis, quam intueri visiones spirituum malignorum, sume contra hos intuitus corpus Domini, nihil enim ita metuunt quam præsentiam Iudicis sui, iuxta illud Chrysostomi: *Tanquam Leones ignem spirantes ab illa mensa discedimus, facti Diabolo terribiles.* Nec ab-

Matth. 28.

Hom. 61. ad
pop.

Ee 4

simile

Ser. 3. de dedic.
Eccles.

simile est quod mellifluus Doctor D. Bernardus ait : *Habemus panem viuum corporis Domini saluatoris , in cuius fortitudine cibus omnis aduersa partis deijcitur fortitudo.* Prepara ergo domum animæ tuæ ad dignè suscipiendum talem tantumq; hospitem , qui te ab incurfionibus spirituum malignorum proteget , nec dubium , cum te tali videris ab hospite occupatum. *Cum hospitium tuum*

Super. psal.
Beati immac.

(inquit D. Ambros.) *aduersarius viderit occupatum cœlestis fulgore presentie , intelligens locum tentamenti suis interclusum esse per Christum fugiet ac recedit.* Id ipsum canit Poeta:

Arator lib. 1.
Apost. histor.

Qui corpore Iesum.

Sumpserit , hoste caret nec iam sua iura Pharao.

Ægyptusque tenet , mox omnia damnum arma.

His merguntur aquis &c.

Psal. 22.

Ita vt hic cibus admirabile sit propugnaculum contra malignos spiritus , sicut rectè David intellexit dum cecinit : *Parasti in conspectu meo mensam , aduersus eos qui tribulant me.* Pagani ex hoc mundo discessuri secum panem mellitum deferebant quo infernalem cerberum deluderent , donec ad elyos campos introirent , quod licet fabulosum sit , tamen Christianum sui monet officij do-

Suidas.

docetque eum, panem illum super substantialem habere debere, quò Dæmonis, infernalis cerberi vires elidat. Adhæc probè nosti, in mortis articulo suscipienda esse arma atque validissimè (si vnquam) decertandum contra inimicum. Quemadmodum ergo antiqui milites, se hoc viatico ante cōflictum muniebant, (vt ex gestis Constantini Imperatoris, nec non fœlicis memoriæ Pij .5 Pontificis maximi constat) ita & te aduersus inimicorū impetum eodem clypeo manire debes.

Sociat. l. 5. c. 21.

Sozom. lib. 1. cap. 8.

Quid plura? tu te peregrinationi accingis, cōuenit igitur vt viaticum tecum sumas. Antiquitus Peregrini non solum hoc se pane reficiebant antequam proficiscerentur, sed etiam persæpe secum eundem portabant ne in aliquo periculo constituti, illo fraudarētur. Ita & tu, ne deficias in via, sed roboreris ad generose proficiscendum ad montem Dei Oreb, suscipe carnē Christi in Eucharistia, eorum exemplo edoctus, qui licet sanctissimi essent & suæ penè beatitudinis certi, tamen decedere noluerunt, nisi prius corporis dominici sacramenta sumpserint. Serapion triduana ægritudine confectus, cum loquelam, perdidisset, emigrare non potuit; at vbi hoc pane salutife-

Euseb. eccles. histor. lib. 6.

Niceph. l. 8.
cap. 31.

ro fuit resectus, quasi à vinculis quibusdam absolutus, liberè mortuus est. Dum Sanctus Lucianus morti in carcere daretur, non habens altaris & sacrificij paramenta, superpectus proprium, pane benedicto, & consecrato, se, suosq; consodales refecit.

Paul. in vit:

Oratus vercellensis Episcopus hoc Sacramētum Diuo Ambrosio admonitus trina voce: *surge festina quia modo recessurus es*, administravit. D. Benedictus illud ad templum delatus, deuotissime ante exitum recepit. Nicomedes presbiter, hunc panem Sanctæ petronillæ ante mortē porrexit. D.

Marcellus
martyr. in
vii.

Dionysius à Christo corpus Dominicū suscepit. Maria Magdalenæ & Ægyptiaca illud ab Episcopis in deserto susceperunt. Sancta Lucia gutture sibi perfosso, nō prius excessit è vita, quam à superuenientibus sacerdotibus cœlesti pane cibaretur.

Michael Singelms.

Lib. 4. epist.
63.

Ex quibus omnib' facile colligere potes, quam tibi sit necessarius hic cibus, tum ad robur præstandum, tum etiã, ad protectionis auxilium. Hunc vt susciperent anteluctam martyres, admonebat Sanctus Cyprian: quod indicat his verbis: *Cum ad hoc sit Eucharistia vt possit accipientibus esse tutella, quos tutos esse contra aduersarium volumus, munimento dominica saturitatis arma-*

mus. Bonitatem igitur Sanctæ Matris Ecclesiæ intueri, quæ tantam filiorum curam gerit ut eos ante discessum pane cœlesti imperet & muniri & satiari, quo facilius ex hac seruitute ægyptiaca, transire possint in terram promissionis.

Ioannes Episcopus Leodiensis, in statutis synodalibus quæ condidit Anno domini 1441. præclare admodum & copiose docet modum quo deferendum sit hoc Sacramentum, quod longum nimis foret recensere.

Martinus 5. Pontifex Max: centum dierum largitus est indulgentiam, omnibus qui venerabile hoc Sacramentum comitantur. Quod quidem Pastores omnes ex Ecclesiæ præscripto, ægrotis deferre debent, ne eorum oves tam salubri priuentur viatico. At Calviniana non ita benigna est Ecclesia; immo verò crudelis & truculenta, siquidem, suos omnes hoc saluberrimo quod contra angelum vastatorem protegit, priuat Sacramento. Græci illud cum luminaribus deferunt. Ministri Lutherani absque vllis ceremonijs hostias suas sub chlamyde deferunt. Anglicani suos communicant ægrotos qualicumque hostia. Nouatiani neminem hoc cibo priuabant, nisi publicos & enormes peccato-

res.

res. At Ecclesia Sancta Catholica & Romana debito cum honore debitaque cum reuerentia, multis illud sacratissimum Domini corpus concomitantibus, ad ægroti deferri ordinavit. Id in primis statuit concilium Nicenum primum, quod ex canone 13. perspicuū est, in quo præcipitur nequam hoc viaticum fœlicitati nostræ proficuum in vltima vitæ periodo recusetur. Id tamen Sacramentarij (qui se concilia prima sequi fatentur) nequaquam obseruant, sed ægrotos hoc cibo planè priuant, idq; quia (vt reor & credo) eorum cæna præter bolus panis, nihil continet gratiæ, efficaciz, nec virtutis.

*Apud Euseb.
lib. 6. eccles.
hist. c. 36.*

Ideoq; hoc cibo in vltimo vitæ sine fraudantur quia nihil inest roboris. Si enim corpus Domini esse crederet, illud instantissime & geminatis precibus efflagitarent.

Postremo. In articulo mortis expedire maximè in Dei tui gratiam reuertaris, si tuæ salutis proficere velis. Hoc igitur summe Sacramentum quod gratiam non solum significat sed & operatur. Eucharistia enim græce, bonâ gratiam sonat, vel quod Christum gratiæ authorem contineat, vel quod illius gratia summè in hoc Sacramento eluceat, in quò creaturam proprio nutrit & a-

lit corpore. Cum item gratiarum significet actionem, vel, quod cum gratiarum actione institutum sit Sacramētum, vel quia per illud pro beneficijs susceptis grates Deo rependimus. Est autem in hora mortis, vbi precipue gratias Deo referre debemus pro tot, tantisq; in nostoto vitæ tempore collatis beneficijs.

Denique D. Chrysoftomus censet eos qui hoc cœlesti viatico refecti sunt ante exitum, ab Angelis in cœlum deduci dum inquit: *Qui de hac vita migraturi sunt, si corporis Christi pure participes fuerint, ab angelis eorum corpora more satellitum stipantibus propter huiusmodi Sacramentum assumptum reſta hinc in cœlum abducuntur.* Quapropter consulo vt maxima cum deuotione illud suscipias, disponasque cordis tui penetralia vt dignè, & cum fructu illud valeas recipere.

Lib. de sacerdot.

Hic poterit recitare agrotus orationes preparatorias ad Communionem.



XXXXXXXXXXXX:XXXXXXXXXXXX

VISITATOR PIVS, DE-
BET ELICERE PRVDENTER
VERBUM ALIQVOD AB ÆGRO
to, quò exprimat se optare Sacra-
mentum extremæ vnctio-
* nis. *

CAPVT XLII.

EX quo dilecte mi properas ad mortem,
& antiquitus moris erat, vt loti inungere-
rentur, conueniens est vt tu iam ablutus &
ab omnibus sordibus per contritionem &
coeteras pœnitentiæ partes, item ex balneo
sanguinis Christi quod in Eucharistia sus-
cepisti emundatus, oleo extremo inunga-
ris. Illa enim exhortatio Apostoli est dicen-
tis: *Infirmatur quis ex vobis? inducat presby-
teros ecclesie, & orent super eum, ungentes eum
oleo in nomine Domini, & oratio fidei saluabit
infirmum, & si in peccatis sit remittentur ei.*
Meminisse igitur debes ineffabilis illius be-
neficij quo te affecit indignum altissimus.
Nam vt sui erga te amoris magnitudinem
aperiret, non solum corporis & sanguinis
sui sacramentum reliquit, quò aduersus ho-
stes

Jacob. 5.

stes munireris, sed etiam extremæ vñctio-
nis, quò vt Athleta inungereris, ad fortius
validiusque pugnandum, aut certè vt for-
tissimi inimici conatus, tentationes, & im-
petus melius sustineres. An nescis filium
Dei Christum idest vñctum fuisse appella-
tum vt cum Sathana concertaret? Nunquid
filius Prophetæ cuiusdam, inunxit Iehu in
medio principum, vt contra infensissimos
hostes Achab & Iezabelem cum muniret? *4. Reg. 5.*
Oleum reddit corpus humanum validius
ad sustinendos labores, ita hæc vñctio my-
stica animum addit homini ex fide & ora-
tione ecclesiæ ad viriliter resistendum ini-
mico. Olim luctaturi se inungere consue-
uerant, tibi ergo cum luctandum sit, vñctio
illa necessaria est.

Tunc enim fortius est pugnandum, cum
inimicus nos duplicatis viribus oppetit vt
perdat fidelem. Hæc igitur vñctio in illo
certamine clypeus erit, & propugnaculum,
dabit item robur ad sustinendas morbi at-
que mortis molestias, sicut D. Basilio eue-
nisse legimus, qui post susceptam vñctio- *Amphiloc. in*
nem sacram, æquò ferebat animo omnes *vit.*
morbi & ægritudinis dolores. dabit lætitiã
spiritualem: nam sicuti oleum dolores cor-
porales linit & temperat; sic hæc vñctio
omnem

Apoc. 22.

omnem pellet mœstitiam, & gaudium animæ tuæ inducet. Solebant olim reges antequam ad Regni regimen admitterentur inungi: sic te Christus vocans ad Regnum cœleste, in quo iusti *regnabunt in saeculum saeculi*, antequam illuc peruenias vult inungi, vel vt per eam sentias leuamen & fulcrum agonis tui, suauiores mortis aduentum, tolerabiliores dolores, morbi: vel vt per eam illumineris interius, deleantur peccata oblita, vel incognita, ad contritionem & tuorum peccatorum detestationem accendaris: vel vt sanitati restituaris, siquidẽ per eam teste Sulpicio Sanctus Martinus filiam quandam à morbi molestijs liberauit; quod item de Malachia, & discipulis B. Anthonij legimus. Fdem adstruit quod. De Apostolis scriptum reperitur: *Vngebant oleo aegros, & sanabatur*: vel vt per eam timor mortis & noxia apprehensio expellatur iudicij diuini, visionis Dæmonum & rerum similiarum. Nam velut oleum humores à corporibus: sic hæc vnctio timores ab animis expellit.

Marc. 8.

Quod si fortassis eam vereatur recipere vana quadam opinione delusus, quod mortuus citius subsecutura sit: exemplum horrendum illi proponam, hominis cuiusdam qui

cum à iuuentute artibus mechanicis deditus fuisset, sub finem vitæ interrogatus, nū sacræ vnctionis vellet sibi adferri sacramentum, respondit: Nequaquam, quia qui hoc suscipiunt sacramentum, statim emoriuntur. Vix hanc nefandam vocem protulerat, & è templo spiritum efflat. Cum autē corpus deferretur, spiritus rediens & corpus vegetans, oculis apertis, sic omnes affatus est. Quoniam sacræ vnctionem parvipēdi, iusto Dei iudicio, in purgatorios ignes ad centum annorum spatia relegatus sum: quod si è cōtra illam admissem certò certius conualuissem non enim mortem accelerat, sed potius impedit. Quid mirum? cū ob eam causam teste Apostolo conferatur, licet non semper illud operetur (nam per eam homo fieret immortalis) sed solummodo cum Deus id conuenire vel expedire iudicat.

*Nicol. Dionys.
in gemma
præd. tract. 1.*

Denique cum tibi illud Sacramentum administrabunt Sacerdotes; tunc auxilium Domini, Beatę Virginis & Sanctorum omnium implorabunt, qui proculdubio orati succurrent, & tibi in tuis angustijs subuenient.

Jacobus de vitriaco refert, quod cū hoc Sacramentum infirmis administraretur in

Lib. 2. vit. c. 4.

Ff con-

conspectu Sanctæ Mariæ Onianæ, solitam
 illam fuisse videre Dominum cum angelorum
 caterua, dumq; vnctio per partes corporis
 distribuere, lumen vnctioni succedere. Cum
 verò ipsa Sacramentum hoc ex monitu virginis
 Matris suscipere, illum Apostolos omnes
 vidisse, Petrum sibi claves cæli ostendentem,
 Christum crucis vexillum in postrema parte
 lecti figentem. At verò dum vngeretur; eam
 illuminationem interiore cum summa animi
 a lacrima persensisse. Frater Reginaldus Sancti
 Dominici discipulus, in gravem morbum
 lapsus de nocte Virginem Mariam duabus
 comitatam virginibus ad se venientem ad-
 uertit. Quæ accedens, oleo quod in manibus
 gestabat oculos, aures, manus, & pedes
 vnxit, formam & modum ab Ecclesia præ-
 scriptum obseruans.


Sancta Lyduuina paulò ante mortem gra-
 uibus morbi oppressa doloribus, contempla-
 tioni & piæ meditationi operam dante,
 vidit Christum & Matrem eius, cum Sanctis
 Apostolis accedentem, mensam quoque
 egregiè præparatam in qua vasculum olei
 unctum sacrum continens eminebat, statimque
 inuncta, gaudio admirabili perfusa est, quæ
 omnia indicare tibi volui, vt nulla interpo-
 sita

*Plat de bono
 stat. Relig.*

*Suuius tom. 7.
 Ap. 14. p. 3. vel
 lib. 3. c. 25. 26.*

fitamora id exposcas quod tuæ salutis adeo profuturum est ; vt insuper nequaquam in eius contemptum : labaris, sola vel cogitatione existimans illud tibi non esse necessarium, ne fortè acriter puniaris.

Modum vngendi poteris ex sacerdotali romano videre.



VISITATOR EXHORTABITVR ÆGROTVM VT TEMPESTIVE TESTAMENTUM SUUM CONDAT.

CAPVT LXIII.

Postquam dilecte mi animæ tuæ curam habuimus, superest vt te ad dispositionem exteriorum exhortemur, quod fiet, si testamentum condideris secundum leges & iura, & ex proborum virorum consilio. Ad quod in primis te hortatur Christus (o beatum Patrem) qui licet ab æterno curam nostri susceperit, tamen morti vicinus, amoris summi symbolū in Eucharistici Sacramenti institutione reliquit: immo regni etiam possessionem repromisit Hodie (in-

Ff 2 qui-

RE:
solitam
anglo-
res cor-
oni fac-
um hoc
et, illum
sibi cla-
n crucis
entem
inatio-
i alaci-
s Sancti
norum
duabus
tem ad-
n mani-
& pedes
fia præ-
em gra-
ontem-
m dans
um San-
n quosq;
um ole-
atimque
est. que
nterpo-
ita

Handwritten marginal notes in a Gothic script, partially obscured by the book's binding.

- Luc. 23. *eris in paradiso.* Sicut & antea per Prophetam Baruch repromiserat antiquis Patribus dicens: *Statuam illis testamentum alterum sempiternum, ut sim illis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum.* Et Apostolis, nobisque omnibus ore proprio repromisit cum dixit: *Dispono vobis regnum, sicut Pater mihi disposuit regnum.* Conspice precor quàm elegans in cruce construxerit testamentum! Patri animam reddit, hominibus autem sanguinem, cuius virtute regna & promissa Dei recipimus iuxta illud: *In sanguine agnoverunt regna, adepti sunt repromissiones:* Ecclesie, Sacramenta; Virgini Matri Discipulum; Discipulo Matrem; Nicodemo corpus inhumandum; Apostolis persecutionem; Latroni regnum cœleste; Longino visum; Militibus vestes; omnibus fidelibus crucem & regnum æternum quod postea Stephanus clarè demonstravit, qui cum lapidibus obrueretur, *intendens in cœlos vidit gloriam Dei, & ait Ecce video cœlos apertos &c.* Nonne tibi perfectam tui testamenti normam porrigit? In testamenti editione iuxta omnium iurisperitorum tam Civilium quàm Canonicorum sententiam, debet in primis testator, ius in ea quæ legaturus est possidere,

re, sani esse intellectus, testes suæ voluntatis admittere, & illum Notarijs publicis cõsignandam dare. Testator fuit Christus, qui ius à Patre acceperat: *Omne* (liquidem) *in* *Ioan. 5.* *dicium Pater dedit filio*, qui sana mente illud condidit vt ex illius Sapiencia, prudentia, & doctrina elucet: tradidit insuper non vni solum Notario, sed 4. Euangelistis cõsignandum; testes admisit, nam vndique conuenerunt Medi, Persæ, Parti, Elamitæ &c. *Act. 2.* vt eius voluntatis fierent certiores. Hæredes autem, omnes illi sunt qui abnegantes sæcularia desideria, spirituali vitæ contemplationibus se dicant.

Doctores omnes iuris, in hoc conueniunt & concordant dum de testamentis agunt, quod necesse sit vt mors sequatur testatoris: *Vbi enim testamentum est* (inquit *Heb. 9.* *Apostolus*) *mors necesse est intercedat testatoris.* voluntas enim humana mutabilis est, quæ irritum quod fecerat reddere posset, ideoq; mors succedat necesse est, post quã voluntas mutari nequit.

Sic testamento Christi mors subsecuta est, & per mortem eius fuit testamentum confirmatum. Tu ergò qui ægritudine cõfectus in lectulo iaces, ad imitationem Christi, quem Creatorem, & Patrem agnoscis,

antequam ex hoc mundo discedas dispone de tuis medijs, & bonis, per testamentum, quod secundum rectæ rationis dictamen iura, & æquitatem condere debes, ne fortassis illis indispositis discesseris, lites oriantur, & iurgia. Patriarchas illos imitare, Abraham, Isaac & Iacob, qui tibi modò hinc recedendi reliquerunt. Insigne illud D. Iohannis elemosynarij testamentum sub silentio præterire non possum, siquidem exemplū & pietatis, & Religionis in se complectitur. Hic cum morti se appropinquare cerneret, Notarios accersit ut testamentum suum & ultimæ voluntatis tenorem recipiant; quod in hunc modum scribi voluit: Iohannes humilis Dei seruus ob Patriarchæ officium & munus quo nunc exoneror, gratias ago Deo meo, quod per me dignatus sit recipere quæ sua erant, & quod ex omnibus quæ à diuina liberalitate excepti, præter denarij tertiam partem nihil omnino mihi residuum est, quàm pauperibus adhuc elargiri volo. Cum Deo volente Alexandrinus Archiepiscopus factus sum, reperti in ærarijs octo millia pōderum auri à quo tempore decies millies plura congesti, sciens autem illa omnia Domini esse, illi uniuersa restitui. Illi modo animam meam re-

In legend.

1111

stiruo; quibus dictis felicissimè defunctus est. O insigne viri Misericordis testamentum! o præclarum charitatiui hominis finem! o felicem Confratris Misericordiæ exitum! Sanctus Dominicus sub finem vitæ nihil habens quod dilectis filijs relinqueret, ne intestatus moreretur, eis paupertatem voluntariam, Charitatem, humilitatem & cœteras virtutes legauit. O beatum virum qui nihil possidens, præter virtutes, eas posteritati distribuit, quarum quisquis in hac vita hæres fuerit, cœlum etiam hæreditabit. Congruit igitur vt de rebus tuis disponas, alioquin, per te, bona tua mobilia, & immobilia diripientur ab extraneis, vel ex hac irreparabili negligentia, & pigritia, orientur lites, nascentur iurgia, inter amicos & proles, quos nullis melius quam canibus assimilare possum, qui diu fatis colludunt, at si carniū pars, aliqua proiecta vel oblata fuerit, cuius sit futura protinus vel vi, vel citatis latratibus concertant. Ita plane filij & filia, nepotes & neptes, parentes & amici, qui pacifice fatis dum viueres colludebant, te statim defuncto, collidentur, mordebunt inuicem, nunc ad verba (ni etiam & persepe ad verbera) concurrent, nunc planè concertabunt cuius sit futura

Garzo in vit.

Ff 4 hære.

hæreditas quam miser deseris. Quapropter prudenter hoc elude inconueniēs, per præuiam bonorum tuorum dispositionem dum adhuc tempus patitur, ni tantorum dissidiorum & malorum radix & origo esse velis. Hoc exponit compendiosis verbis D.

Ad Heliod.

Hieronymus Dum inquit: *Anarus est brevis Principum, erarium latronum, & rixa, parentum.* Ut igitur huius nominis te reum non facias, cito dispone de tuis, nec te tu pigeat heredibus bona distribuere, quæ tecum auferre non vales. Solum id tibi curæ sit, ut tempestiuè condas testamentum, quod postea relegere valeas, emendare, & si quid immutandum sit immutare. Illud siquidem testamentum tuæ nullatenus nocet vitæ, immo summè prodest, nam te quietum, & in interiori homine pacatum reddit. Quamtam è contra miseriam incurreres si vltimæ vitæ periodum expectares ut de tuis bonis & commoditatibus disponeres.

Simile.

Philosophorum facile Princeps Aristoteles dicere consueuerat. hominem qui sua distribuere differt donec vltimum agat spiritum, Nautæ similem esse, qui obstruere nauis foramina differt, donec naufragium patiat. Tempestiuè ergo bona tua distribue, nec pauperum obliuiscaris, qui tui heredes

redes, etiam esse debent, si cœlestem adipisci velis hæreditatem.

Quod si his admonitionibus morem nõ gesserit, sed recalcitrarit, tunc Isaiaẽ admonitionem admouebit. Nonne Regem Ezechiam exhortatus est, vt tempore dato disponeret domui suæ? Sæuiebat in eum ira Dei eo quod in superbiam elatum esset cor eius, & misso Isaia ad eum, dixit: *Dispone domui tuæ, quia morieris & non viues.* Illud insuper Ecclesiastici propone: *In die consummationis dierum vitæ tuæ, & in tempore exitus tui, distribue hereditatem tuam.* Vt quid autem consulit distribuendam hæreditatem in die consummationis, cum suadeam illam tempestiue fieri? Ratio est, quia plerique filij accepta hæreditate, ingratos se supra modum erga parentes debiles & infirmos ostenderunt; ideo suadet Salomon in fine vitæ fieri, non tamen impedit quominus tuum ante mortem ordines testamentum, sed ne executioni mandetur, vel bona ante mortem distribuantur. Consulit verò & ego pariter consulo, vt data occasione antequam morbi vehementia te comprimat, illud statuas quod postea factũ esse velis. Nam quomodo ijs vacare poteris, dum sensus tui omnes, in diuinorum iudi-

Ff 5 ciorum

Isaie 38.

Cap. 33.

ciorum acerbiter, pœnarum infernalium consideratione impliciti erunt? cum membra omnia deficient, & vires præ doloris magnitudine exhaurientur? Prouide igitur rebus tuis dum tempore gaudes.

Est & aliud quod aduertas oportet; nempe ut fideles probatæque virtutis viros eligas, quibus voluntatis tuæ ultimæ executionem mandes, quibusque pupillorum & orphanorum curam tradas, alioquin, illa omnia bona, quæ licite, in sudore vultus tui comparasti, breui tempore dispergentur, & hæredes illis priuabuntur, immo ex tua imprudētia purgatorij fortassis pœnis subiaceres. Sunt enim plerique infideles, de quibus dicere possum quod olim de falsis Dei amatoribus dicebat Dauid: *Dilexerunt eum in ore suo & lingua sua mentiti sunt ei, cor autem eorum non erat rectum cum eo, nec fideles habiti sunt in testamento eius.* quique mortuos verbis solummodo diligunt, at eorum commoditates procantur, & si possent diriperent. Si dixeris Ecclesiam his mederi fraudibus, per censuras, leges, excommunicationes ecclesiasticas, id quidem verum fateor, sed quot latrocinia, quot furta non obstantibus ijs Ecclesiæ communicationibus committuntur? *Frequentissimi*

Psal. 77.

funt, qui malint in excōmunicatione permanere quàm defunctorum bona pauperibus restituere.

Nec est quod legum Ciuilium acerbitem proponas quæ non solum legato priuant, sed & omnibus hæreditatibus exoliandos censent; nam si excommunicatiōnem, & æternam damnationem non verentur, multo minus temporalem iacturam timebunt.

Te insuper monitum volo, vt in tua vltima Voluntatis dispositione, pauperum, Monasteriorum, Ecclesiarum memor sis, non omnia solis distribuens parentibus, si enim à Deo illa suscepisti; quid ni eorum aliquam saltem partem ei restituas?

Denique, nihil omnino ex cholera, vel indignatione vel ex aliqua passione opereris, plus vni quàm alteri filiorum tribuens, nam hoc nullatenus admittit D. Augustinus sic scribens: *Si quis irascitur filio, & moriens exhereditat eum, nõ approbo.* Sed eheu! quanti abusus in testamentis, solo charitatis defectu committuntur, quia amoris flamma perijt, & ex passione illa operantur! verum quidem est quod leges, ob certas & graues causas parentibus licentiam exhereditandi

*Lib. de vid.
& morib. clericor.*

stravit. Quomodo discessurus ex hoc mundo discipulos suos allocut⁹ sit aduerte. No-
 uerat quid paternus poscat amor, quidque
 filijs postrema proffit exhortatio, ideoque
 sedulo eos admonet. Iudam quidem ad sui
 facinoris agnitionem vocans sic affatus est:
Amice ad quid venisti? Iuda osculo filium ho-
minis tradis? Quam salutaribus ceteros om-
nes Apostolos imbuit monitis! Hec man- Ioannis 14. 15.
do (inquit) vobis ut diligatis inuicem: Man- & 16.
datum nouum do vobis ut diligatis inuicem
sicut dilexi vos. Si diligitis me mandata mea
seruate. Item Pacem relinquo vobis pacem
meam do vobis. Item: Multa habeo vobis di-
cere, sed non potestis portare modo &c. En sa-
 lutis monita quæ suis Christus valedicens
 relinquit, quibus etiam in cælum ascensu-
 rus benedicit.

Antiqui Iudæi docent & affirmant Pa- Benedicti in
 triarcham Noe ante mortem quasdam filijs summ. super c.
 naturales præscripsisse leges, quibus inhi- 1. decalog.
 bebat, ne idola erigerent, ne blasphema-
 rent, furarentur, occiderent & his similes.

Quot quantisque monitionibus valedi- Genes. 49.
 cit filijs suis Patriarcha Iacob, eos nunc re-
 præhendens, nunc ad virtutem improbos
 exhortans! Primogenitum Ruben sic scele-
 tis arguit: *Ruben primogenitus meus, tu, for-*
titudo

titudo mea & principium Doloris mei prior in
 donis maior in imperio. effusus es sicut aqua
 crescas quia ascendisti cubile Patris tui, &
 maculasti stratum eius. Alios duos Simeonem
 & Leui identidem repræhendit dicens
 Simeon, & leui fratres, vasa iniquitatis bel-
 lantia, in consilium eorum non veniat anima
 mea & in cœtu illorum non sit gloria mea, quia
 in furore suo occiderunt virum, & in volunta-
 te sua suffoderunt murum. Hos sic impietatis
 repræhendit, alios e contra benedictioni-
 bus cumulat & laudibus extollit. Iuda te
 laudabunt fratres tui, manus tua in cervicibus
 inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris
 tui. Catulus Leonis Iuda & c. Non auferetur
 sceptrum de Iuda & dux de femore eius, donec
 veniat qui mittendus est, & ipse erit expecta-
 tio gentium. Pulchriores sunt oculi eius vino
 & dentes eius lacte candidiores. Alias admo-
 nitiones præmitto quas filijs posteris de-
 dit, eas lectori perlegendas relinquens, ut
 illam quam Iosepho dedit huic loco infe-
 ram. Dicit igitur: Filius accrescens Ioseph,
 filius accrescens & decorus aspectu, filia dis-
 currerunt super murum & c. Deus Patris
 tui erit adiutor tuus & omnipotens bene-
 dicet tibi benedictionibus cœli desuper, &
 benedictionibus abyssi iacentis deorsum.

Dein-

Deinde benedixit omnibus in speciali in-
quit scriptura: hcut & paulo ante benedi-
xerat nepotibus suis, Ephraim & Manasse
cancellatis manibus. D. Ambrosius de hac
Patriarcharum consuetudine loquens sic
scribit: *Festinabat quisque sumere benedictio-* Lib. de bened.
nem paternam. Pater enim & si pauper sit, nec Patriarch. c. 1.
diuitiarum copias habeat quas relinquat filijs
suis, habet tamen vltima benedictionis here-
ditatem, qua sanctificationis opes successoribus
largiatur. Iosue, vltimo appropinquans vi- Iosue. 24.
tae termino Principib⁹ totius Israelitici po-
puli conuocatis, eis omnia Dei beneficia in
mentem reuocauit; eos ad obseruantiam
mandatorum illius, & ad vnus veri Dei cul-
tum exhortans. Dauid paulo antè mortem
filium Salomonem sic instruxit. *Ego ingre-* 3. Reg. 2.
diar viam vniuersae terrae esto vir, Obserua vt
custodias mandata Domini Dei tui, vt am-
bules in vijs eius & custodias ceremonias eius,
& praecepta eius, & iudicia & testimonia, si-
cut scriptum est in lege Moysi & c. Tu quoque
nostri quae fecerit mihi Ioab filius Saruiae, quae
fecerit duobus principibus exercitus Israel,
Abner filio Ner, & Amase filio Iether quos
uccidit & effudit sanguinè belli in pace, & c. fa-
cies ergo iuxta sapientiam tuam & non dedu-
cas canitiem pacifice ad inferos. Habes & Se-
mei

mei filium Gera filij Temini de Baburim, qui maledixit mihi maledictione pessima, &c. tu noli pati eum esse innoxium. Sed & filijs Berzelai Galaaditis reddes gratiam, eruntque commedentes in mensa tua, occurrerunt enim mihi quando fugiebam à facie Fratris tui Absalom. Vir sapiens es ut scias quid facias eis.

Elegantissima sunt, quæ Tobias senior, iuniori ante mortem commendavit dicens. Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum construe. Cum acceperit Deus animam meam corpus meum sepeli, & honorem habebis Matri tuæ, omnibus diebus vite eius, memor enim esse debes quæ & quantæ pericula passa sit, propter te in utero suo. Cui autem & ipsa compleuerit tempus vite suæ, sepelias eam circa me. Omnibus autem diebus vite tuæ in mente habeto Deum, & caue ne aliquando peccato consentias, & pratermittas præcepta Domini Dei nostri. Ex substantia tua fac eleemosynam & noli auertere faciem tuam ab ullo paupere, ita enim fiet, ut nec à te auertatur facies Domini.

Cap. 4. per totum.

Hier. 35.

Rechab ante mortem proles suas exhortans illis dicebat: Non bibetis vinum vos & filij vestri in sempiternum & domum non edificabitis, & semen non seretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis &c.

Theo-

Theodoretus refert Imperatorē Theodofium, filium in extremo vitæ articulo admonuisse, vt semper in timore Dei, & eius amore perfisteret.

*Lib. 2. hist.
Eccles. c. 26.*

Aliquid de verbis, doctrina & pietate plenis quibus, D. Ludouicus Gallix Rex, Philippum filium ante exitum exhortatus est. eloquamur. Fili (inquebat) dilige Deū ex toto corde tuo, nec quicquam maiestati diuinæ displicens opereris, expedit enim potius milles mortem oppetere, quàm vel semel mortaliter peccare. Si aduersitates immiserit, illas æquo animo sustine, & maiora te tormēta meritum esse existima, immò eas in emolumentum tuum immissas arbitrare: Si verò prosperitate te fœcundum fecerit, humiliter illi grates repende, neque ob secundam in rebus tuis fortunam aliquando in superbiam extollaris. Sæpè tua peccata pande confessarijs, qui te vitæ malæ arguant, & ad meliorem frugem instruant. Diuinum officium, diuinasque laudes summa cum animi attentione audias. Charitatum te pauperibus exhibe. Malorum societate fuge. Maledicos & blasphemos qui nomen Dei vel Matris eius in vanum assumunt, noli tolerare. Mei denique memor esto, & tuis mihi succurre orationibus,

In legend.

G g bus,

bus, subueni eleemosynis. Et ego tibi omnibus benedictionibus quas in speciali & generali Patres conferre possunt, benedico, Sanctissimam rogans Trinitatem, ut ab omnibus te malis protegat, & maxime aduersus peccatum mortale muniat, ut peracto cursu vitæ tuæ, vna laudes immortalis Deo sine fine decantare possimus, ò plena pietatis valedictionem! ò admirandam Patris benedictionem! ò Sanctum virum qui maximis pollens diuitijs filio relinquit imitanda exempla virtutum! D. Antonius eremilumē, decus, & Incola, morti vicinus discipulos ad veræ fidei amplexum hortabatur: fugite inquit super omnia venenum Hæreseos, & Schismaticorum, odiamque quò hæresim & Schisma profectus sum imitami, nam Crucifixi hostes sunt infensissimi: quos ne quidem vel verbulo dignatus sum, quoniam peruersissima est eorum semita, & doctrina.

Legimus in legenda D. Rochi, illius Patrem qui eques auratus erat, ante exitum ex hoc Mundo, quatuor sigillatim filio imperasse. Primum, ut Deo continuo deseruiret. Secundum ut erga pauperes Misericordem se præberet, Tertium, quod suis medijs, contra animæ suæ salutem nunquam abuteretur.

*Athan. in
vit.*

teretur. Denique vt frequenter domos Misericordix & charitatis ingrederetur, vt ægrotis pro posse subueniret, & obsequeretur.

Quid de inuicto Cæsare Carolo quinto eloquar? Qui morti se præparans Bruxellis, volens regiam dignitatem, & diadema filio suo Philippo resignare manum capiti illius imponens, sic allocutus est. Perchare fili, Hæreditates omnes quas iure & ex patrimonio possideo tibi trado, diuinas tibi commendans leges, Ecclesiasticam fidem, & Iusticiam. Quod si Deo in omnibus optemperaueris, tibi auxilio erit, quem humillimè precor, vt in omnib⁹ negotijs gratiam tibi suam impertiatur.


Immò spiritū penè vltimum agens, flagellum & cilicium illi porrexit quò eum ad virtutum imitationem prouocaret. Sic omnis Paterfamilias eorum permotus exemplo agere debet. Sic etiam Matres, earum exemplo permotæ, quarum inferius acta recensere gestio.

Quale quantumque virtutis imitandæ *Benedicti. in*
 exemplar nobis fuit virgo Benedicta, An- *epist. dedic.*
 gelorum, Cœli, terræ que Regina! Quæ *sua summa.*
 vltimum valedicens, Apostolis collachrymantibus, & ob tantæ matris subtractionem

nem eiulantibus: illos pia voce hortabatur
 vt animose in incepto pergerent itinere
 Carnem cum delicijs, mundum cum vani-
 tatibus, & Diabolum cum suggestionibus
 validè conculcantes, vt coronam gloria
 dipisci mererentur. Vt verò eos solaretur,
 se illis affuturam vsque ad consummationē
 sæculi repromisit.

Quid vtilius prudentibus Matronis effa-
 ri possum, quam sanctissima monita, San-
 ctæ illius Reginae Mariæ? Quæ cum morti
 adiudicata ab impijssima Regina anglia
 rore propria esset, omnes aduocans dome-
 sticos, vim lachrymarum illorum reprimere
 volens, voce pijsissima, inter tot mortis
 terrores cōsolata est, vt pulchrè refert Flo-
 rimundus de Remond, pacem, mutuamque
 inter eos charitatem commendans, quæ ha-
 bebat vestimenta, quasque possidebat opes
 diuisit. Litteras in super ad Christianissimū
 Regem commendatitias dedit, quibus sup-
 plicabat & precabatur, vt eorum labores
 nec nō obsequia compensaret. Deinde No-
 biles hortabatur vt id quod sibi accidebat
 æquo ferrent animo; siquidem per illud
 supplicium, ex hac miseriarum valle solue-
 batur, & à tot tantisque malis quæ humanū
 insequuntur genus liberabatur. Quid (in-
 que-

quiebat) gratius animæ euenire potest quã
 ex hoc corporis ergastulo liberari? Viæ cœ-
 li amœnæ sunt, & ter beata est animã quæ
 illuc properat carnis mole citò exuta. Quid
 est terræ ambitus atque hic miser orbis cœ-
 lestium moli comparatus, præterquam
 punctum? Quid ætates nostræ volubiles,
 æternitati comparatæ? Mors vnicum mihi
 adimit desiderium, nempe media compen-
 sandi longa atque diuturna vestra obsequia:
 sed illa supplebit, Altissimus. Viuite me-
 mores Reginae olim vestræ: & me cœlestis
 regni memorem mori sinite, cuius (vt re-
 or) Deus sua Misericordia dignam me fa-
 ciet. Denique œconomum aduocans illi
 imperat vt filio suo Regi fideliter obsequa-
 tur, formatoque signo crucis, illi inquit po-
 stremam meam defer benedictionem ve-
 luti postremum amoris mei monumentum.
 ò virilem animum! ò insignes matris fami-
 lias valedictiones! ò præclara nobis
 virtutum exempla!



VISITATOR PIVS IN-
FIRMVM HORTABITVR VT
IN ARTICVLO MORTIS NON
turbetur ob spirituum malignorum
visiones.

CAPVT XLV.

Res sole clarior est (ni Deus obiciem
ponat) in vltimo vitæ articulo retenti-
mos quosdam Dæmonum hominibus of-
ferri conspectus, maximè si infirmi in vita
sua scelerum multorum fuerunt rei, vt do-
cere videtur D. Basil. dum ait: *Eos qui multa
perperam in vita admiserunt, horrendi quidam,
ac tristes circumstabunt Angeli. Eiusdem
sententiæ est D. Chrysostom: quilo-
quens de visione spirituum infernalium, &
formidandis aliquorum infirmorum ge-
stibus, quorum oculi in diuersas volun-
tur partes, corpore agitantur, id ob illo-
rum spirituum præsentiam euenire arbi-
tratur.*

in Psal. 32.

*Hom. 54. in
Matth.*

Id ipsum docet clarè D. Augustinus his
verbis: *Aderunt Ministri maligni, malis illis*
Dicitur

Diaboli, tartarea monstra, spiritus terribiles
& pessimi, velut leones rugientes vt rapiant
predam, & deducant eam in horribilia loca
in pœnarum chaos, & in caliginē tenebra-
rum: & infra: Si ille serpens venenosus Dia-
bolus & Sathanas, ausus fuit cum furore im-
petum facere in Sanctissimam B. Martini a-
nimam, que erat vt dicitur gemma Sacerdo-
tum, quam foelicem animam presentibus an-
gelis euntem in cœlū curabat impedire: quam
misere occurret anima tua horribiliter ille
doli artifex: Ideoque vnumquemque pec-
catorum ad hæc consideranda exhortans
subdit.

In spec. peccat.
c. 7. t. 9.

Heu! frater mi, si talis ac tantus tremor est
anima peccatrici, ex solo Sathana visu, quan-
ta confusio, quantusque horror, quanta af-
fectio, quanta lamentatio erit eius consor-
tium? Verissimum igitur est, Dæmones
in extremo vitæ spiritu, infirmis appare-
re, tam bonis quam discolis. Testimoni-
um conferre potest Turpinus Remensi-
um Episcopus, qui orationi vacans, in ex-
tasim raptus, maximam Dæmonum vidit
cateruam, properantium, vt morti Caroli
magni (qui Aquisgrani vltimum efflabat
spiritum) adessent.

Antonin. 2. p.
hist. tit. 14. c. 5.
Mart. Polon.
lib. 4. Chron.
Anni 814.

Horum autem spirituum visio adeo terri-
bilis

bilis est, & horribilis, vt solus illorum con-
 tuitus, homini mortem gignere possit. D.
 Thomas, indis prædicans, Idololatri quibusdam (Deo annuente) vt eos ad fidei ve-
 ræ amorem incitaret, dæmonem in figura
 horribili ostendit; Capite acuto, barba pro-
 lixa, capillis hispidis, manibus & pedibus
 aduncis, oculis flammeis, ore & naribus pu-
 tidissimum fumum efflantibus. Ne autem
 ob tales contuitus è templo vita priuaren-
 tur, eos signo crucis munierat, cuius vis ad
 has reprimendas tartareas visiones admira-
 bilis est. Quoniam ergò hæ apparitiones
 dæmonum verissimæ sunt, infirmum meum
 exhortabor vt quò tempore sanæ adhuc
 mentis est, se per fortitudinis virtutem mu-
 niat, & timorem illorum spirituum expel-
 lat quos timere non consueuerunt qui pro-
 bata, & vitæ, & sanctitatis sunt, atq; vt po-
 tius dicat cum B. Martino: *Quod hic adfuit
 cruenta bestia? nihil in me funeste reperies.* So-
 phronius refert, Alexandrum Ciliciensem
 in articulo mortis Diabolum tunc præsen-
 tem in hunc modum affatum fuisse. Ades
 sub vesperum ô miser! nec mirum, cum me
 modo languoribus & vi morbi obtæsum
 videas. In hoc clarè patet tua infirmitas &
 imbecillitas. Nò enim me aggredi ausus es à
 sexa-

In legend.

*Prat. spirit.
 c. 182.*

sexaginta annis, in quibus tuas probè artes,
 & technas dissoluere poteram: at me infir-
 mum oppetis, cum morbi importunitate
 vires exhaustæ sunt. Nec tamen cedo: sed
 ad Deum meum propero, cuius gratia tuos
 euasi dolos, & apud quem iniuriarum mihi
 à te illatarum conquerar, quia post infini-
 tos exanthlotos labores sub finem vitæ, me
 ad certamen prouocas. Odilo Abbas Clu-
 niacensis, morti vicinus, videns Dæmonem
 teterrima specie appropinquantem, eum
 obiurgans, in fugam vertit. Iob Patientiæ
 speculum, eiusmodi visionibus nequaquã
 turbatus fuit; cum nullius rei alterius facta
 mentione solum dicat: *Hostis meus terribi-*
libus oculis me intuitus est, & infremuit contra
me dentibus suis. D. Athanasius in vita An-
 thonij refert virum Sanctum morti appro-
 ximantem vidisse hominẽ quendam mon-
 struosæ staturæ, cuius quippe caput stellas
 tangeret: eodemq; tempore vocem quan-
 dam audijisse dicentem sibi: *Animaduerte*
quod vides, & statim illum Deo inspirante
cognouisse illum esse dæmonem inimico-
rum suorum maximum.

Hug. Clun.
 in vit.

Iob. 16.

Sancta Macrina D. Bernardi soror, con-
 tuens in articulo mortis Dæmonem, elata
 voce sic Deũ precabatur: *Ne impediat quæso*

Gg 5 inui-

inuidus iter meum. Boni ergò hunc nostræ
 felicitatis inimicum non verentur. San-
 ctus Hilarion interrogatus à prædonibus,
 quid acturus esset, si in sylua à latronibus
 inueniretur, respondit: Nihil; qui enim ni-
 hil habet, nil perdere potest & securus est;
 si autem mortem comminarètur nec idèò
 commoueret, nam qui mori paratus est,
 mori non formidat, sed illi gratissima est
 mors, quàm soli peccatores verentur, quo-
 niam *mors peccatorum pessima*, est. Sic etiam
 Spiritus maligni malos facile terrent; sed
 bonis nihil formidinis vel timoris incutere
 possunt, qui quamuis illos in extremo vitæ
 contueantur, non tamen illo supplicio quò
 mali in eorum intuitu cruciantur.

Nam securè boni, at mali cum summa
 formidine illos intuètur, quia ad illos quasi
 creditores ad debitorem deficientem con-
 uolant, vt animas eorum tollant, & in tarta-
 rum demergant.

Tunc illis omnium prauarum actionum
 librum pandunt, vt inde agnoscant quantū
 alieno constringantur ære, quod iustis, ne-
 quaquam agere possunt.

Secundo: consultum ægroto erit, Nomē
 B. Virginis Mariæ cum deuotione inuoca-
 re, quæ cum mater sit Misericordiæ, spiri-
 tus

Psal. 33.

trus illos nequitia fugat, & terret: Hinc Ecclesia canit: *Maria Mater gratia, Mater misericordia, tu nos ab hoste protege, & hora mortis suscipe.* Idq; quoniam (vt multi asserunt) ipsa in extremo vitæ ab his visionibus libera fuit, prout à filio suo poposcerat, vt canit Poeta.


Stygios hinc eijce manes.

*Ne mihi tartarei vultus, tristesque figura,
Horrorem incutiant mortis, gelidumque
pauorem.*

Mantuan. li. 3.

Tertio, visitator ægrotum solabitur dicens: quod quemadmodum Christus, in iudicio generali formidabilis erit reprobis, & gratus electis: ita in iudicio particulari, eius aspectus & aduentus probis erit acceptus, sed peccatoribus & obstinatis formidabilis. Quam opinionem docet Innocentius Papa, scribens, Christum in mortis articulo visibiliter in ea quam assumpsit carne omnibus apparere, malos vt arguat scelerum, bonos autem vt educat ad præmium. Nec dubium est; neque enim quisquam inuiso iudice damnabitur ad supplicium, nec inuiso redemptore ducetur ad gaudium. Quæ Christi visio vel in instanti mortis, vel in momento post, vel ante mortem fit.

*Lib. de Miseria
humane condit.
c. 24.*



VISITATOR ÆGRO-
TVM HORTABITVR, VT
SANCTORVM VIRORVM EX-
emplo fiducialiter animam su-
am commendet Do-
mino.

CAPVT XLVI.

CVm magis ac magis (dilecte mi) mor-
ti appropies, conuenit vt Sanctorum
virorum exemplo permot^o, animam tuam
Deo commendes. Tobias ante mortem in-
quiebat: *Domine precipe in pace recipi spiri-
tum meum.* Christus Dominus voce elata
clamabat: *Pater in manus tuas commendo
spiritum meum.* Protomartyr Stephanus:
Domine accipe spiritum meum. D. Theodo-
rus inter arduos carbones, & in medijs ig-
nibus dicebat: *Benedicam Dominum in om-
ni tempore, semper laus eius in ore meo.* Sanct^o
Nicolaus psalmum trigesimum recitans cū
ad illa verba peruenisset: *In manus tuas com-
mendo spiritum meum;* obdormiuit in Do-
mino. D. Augustinus in meditatione sep-
tem psalmorum pœnitentialium, quos sibi

prz-

Cap. 3.

Luc. 22.
Act. 7.

Psal. 33.

prælegi imperauerat efflauit animam. Sanctus Dominicus, eo tempore quò fratres sui decantabant. *Subuenite Sancti Dei occurr-* Garzo in vit.

rite Angeli: emisit spiritum. Seruulus Romanus in psalmodi meditatione quos peregrini in ædibus suis hospitantes decantabant mortuus est. Ludouicus Galliarum iubar & decus, hæc verba recitans: Introibo domum tuam in holocaustis adorabo ad templum sanctum tuum, & confitebor nomini tuo, Greg. lib. 4. dialog. c. 14. & hom. 15. in Euang.

tradidit spiritum. D. Martinus moriturus discipulos suos sic affatus est: Sinite me celum potius quam terram aspicere ut suo iam itinere iturus ad Dominum spiritus dirigatur. Seuer. Sulpit. in vit.

S. Arnulphus spiritum emissurus quotidie dicebat: *Omnia quaecumque dixisti vera sunt Domine.* D. Hieronymus morti vicinus cum corpus Dominicum sumpsisset dicebat: *Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace &c.* In Chronic. Ord. Cister. ciens.

Nunc dimittis seruum tuum Domine, secundum verbum tuum in pace &c. Euseb. de eius morte.

Dominus apparens D. Anthonio paduano tantam illius cordi indidit lætitiã, ut statim voce clara canens: *O gloriosa Domina,* & vsque ad finem perducens vitæ terminum imposuerit. D. Franciscus Minorum lux & iubar inter diuinas quas ante mortem canebat laudes, sæpe illud ingeminabat securè: *Me expectant iusti, donec retribuas* S. Bonau. in vita.

Me expectant iusti, donec retribuas

Me expectant iusti, donec retribuas

Me expectant iusti, donec retribuas

Me expectant iusti, donec retribuas

Me expectant iusti, donec retribuas

Me expectant iusti, donec retribuas

Me expectant iusti, donec retribuas

Me expectant iusti, donec retribuas

Me expectant iusti, donec retribuas

Me expectant iusti, donec retribuas

Me expectant iusti, donec retribuas

ARE
RO
VT
EX
mor
torum
a tuam
em in
di spiri
e elata
mendo
anus:
eodo
lijsig
in om
sanct
ans cu
com
Do
sep
s sibi
præ

11
12
13

Psal. 141.

buas mihi. Sanctus Bernardus refert Fratrem suum Gerardum vltimum agentem spiritum in hæc verba erupisse. *Laudate Dominum de caelis, laudate eum in excelsis.* Plura sunt quæ videre possis ex Plato Societatis Iesu quæ breuitati studens omitto. Nec tamen omittenda sunt mulierum exempla, vt ex ijs mulieres etiam documeta suscipiam. Galla filia Symmachi Senatoris Romani videns Apostolum Petrum ad se venientem exclamauit. Quid hoc est Domine? num mea mihi peccata condonata sunt: vt refert D. Gregorius.


Lib. 4. dial. cap. 13.

Sancta Felicitas vltimum agens spiritum submissa voce ita vt tamen intelligi posset dicebat: Iesu dulcissime, Iesu amor meus, Iesu dilecte mi loqui nõ valeo, corde te cõpello. Trusilla virgo cernens sub finem vitæ Iesum ad se venientem exclamauit: *Dilcedite* (loquens adstantibus) *date locũ ecce Dominus aduenit.* Virgo quædã Musa nomine videns Beatam virginem statim exclamauit: *Ecce venio ô Domina, ecce venio,* quæ verba proferens expirauit.

Greg lib. 4. dial. c. 16.

Paula nobilis Romana vltimum efflans spiritum hæc verba psalmistæ decantabat: *Quam dilecta tabernacula tua Domine virtutum concupiscit & deficit anima mea*

in atria Domini. Horum ergo ex empla
imitare, & animam tuam sincere Deo com-
menda vt cælum valeas obtinere.



QVARE DÆMON EOS
MAXIME ITA VIOLENTER

OPPETIT QVI EX HOC MVN-
do discessuri sunt.

CAPVT XLVII.

QVONIAM vehementissimi sunt in arti-
culo mortis impetus Dæmonis, inqui-
rendum nobis est, cur ita se uere hominem
ægotum impetat naturæ humanæ inimi-
cus. Sicuti autem nocturno præcipue tem-
pore illusiones & spectra indit mentibus
hominum, quibus illos perterreat, ita sub
vesperum vitæ, grauius exurgit vt Christia-
num decipiat. Verum equidem est (vt scri-
bit D. Gregorius) Dæmonem trino tempo-
re Christianum aggredi, in initio Conuer-
sionis, in probatione, in profectu; sed ma-
xima, vehementissimaque omnium tenta-
tionum est, in exitu vitæ, cum vires omnes
exerit vt quæcumque per virtutum exerci-
tia

14. Moral. in
illud Iob. hæc
operatur Deus
tribus vicibus.

tia in vita perdidit, in exitu animæ recuperare possit.

Hinc necesse est vt qui in probatione & profectu inuictum semper retinuit animū in vltimo vitæ termino eundem, immo validiorem referuet, siquidem omnes applicat maliciæ suæ vias, vt hominem à salutis semita exturbet. Ideò in genesi de serpente legimus insidiaturum calcaneo mulieris id est animæ. Nam sicuti calcaneum postrema corporis pars est; ita etiam Dæmon vltimas actiones ad amissum scrutatur & considerat. Cassianus de eo loquens sic scribit: *Vntus serpens calcanea semper obseruat. Quæ calcanea? corporisne? nequaquam. Parum enim vel nihil homini esset, neque technas suas Dæmon ad calcanea fordida & lutosa captanta applicabit; Sed vltimos actus, postremas operationes considerat, & illis insidiatur. Hinc rectè Draconi comparatur, qui fructum mulieris amictæ sole præstolabatur, vt eum deuoraret. Nam & ipse vndique circumcursitans lustrat si qua via animæ damnatio dari possit, & eam deuorare & perdere valeat, quam lumine gratiæ diuinæ illustratam conspicit. Et quia vires deficere veretur, non solus accedit, sed multis comitatus adiutoribus, qui quasi leones rabi-*

Cap. 3.

Lib. 4. de Institut. cœnob. c. 37.

bidi, quærunt prædã quam deuorent. Tunc
 illud adimpletur quod per Apostolũ scrip-
 tum legitur: *Non est nobis colluctatio aduer-*
sus carnem & sanguinem, sed aduersus prin-
cipatus & potestates, aduersus Mundi rectores
tenebrarum harum, contra spiritualia nequi-
tia in cœlestibus. Sicut etiam illud psalmistæ:
Cogitauerunt supplantare gressus meos abscon-
derunt superbi laqueum mihi, & funes exten-
derunt in laqueum, iuxta iter, scandalum po-
suerunt mihi. Verũ: *Beatus vir qui sperat in*
Domino: Beatus cuius Dominus Iacob adiu-
tor eius, nam, non confundetur cum loquetur
inimicis suis in porta. Cum ergo Dæmon
 debilitatem formidat multos secum sumit,
 vt nobilis cuiusdam Malburgensis exem-
 plo constat, qui cum mundanis rebus valedixisset, vt Religionem profiteretur, in exitu vitæ Sathanam quindecim fatellitũ milibus comitatum conspexit, qui peccata omnia opponebant vt virum iustum in desperationis vitium pertraherent, sed confusi loco cedere debuerunt. In illa hora qua Eusebius Cremonensis ex hac luce migraturus erat, capite sursum elato, oculisque huc & illuc confixis, clamabat: Nunquid conspicitis turbam illam Dæmonum, quæ in meæ salutis ruinam conuenit? Verissimum

H h mum

mum ergo est hunc nostræ felicitatis ho-
 stem, duplicatis semper nos in hora mortis
 oppetere viribus. Quare? Quia tunc se vel
 omnia amissurum, vel lucraturum agnos-
 cit, ideoq; vnit vires, conuocat artes quibus
 animam exeuntem rapiat. Expertus insu-
 per est, se plurimos in extremo vitæ statu
 perdidisse, quos toto vitæ tempore suo sub-
 iecerat imperio; se etiam multos obtinu-
 isse, qui iustam duxerant vitam. Nec mirum
 Quemadmodum enim plerumque cerni-
 mus, nauim quæ diu nauigationem sustinu-
 it in portu perire; ita etiam per sæpe vide-
 mus quosdam qui toto vitæ tempore virtu-
 ti, & carnis mortificationi operam dede-
 rant, in vltima vitæ periodo salutis suæ nau-
 fragium pati. Ideoque insistit & inuigilat, vt
 si quid suis patet technis & insidijs, rapiat.
 Non iniustum deserit, non iusto parcat.

Propterea enim in cruce Domini fuisse
 creditur, vt videret si vel ex præsumptione
 vel diffidentia aliquid ab eo habere posset,
 quem humanitatis nostræ miserijs indutus,
 Deum esse non agnoscebat.

Deinde, in cœlo contra creatorem pug-
 nare cœpit, quem cum superare non posset
 in creaturam insiliit, vt si non factorem
 saltem

altem hominem ab eo factum suæ subde-
ret potestati. In quo similis est militi, qui
cum exercitus robor oppetere non audet,
custodes sarcinarum aggreditur, vt inde re-
portet trophæum.

Videt insuper vltimam tentationis adi-
mi horam, ideoque ad instar exactoris ve-
hementius instat vt contra ægrotum fauo-
rabilem obtineat à iudice pro parte suâ sen-
tentiam. Vt etiam tempore modico pro-
ficue vult. quemadmodum enim miles
sole ad occasum tendente feruentius in-
stat vt hostem superet; ita Dæmon sciens
quia modicum tempus habet hominem
quavis arte propellit, vt in æternæ dam-
nationis supplicium trahat.

Leo, dum prædam quam vngue tenet
fugam aucupari cernit, vehementius pre-
mit: sic Inimicus, dum hominem per mor-
tem suo se excutere velle iugo cernit, forti-
us eum comprimit, vt facilius suis sugge-
stionibus eum perimat, quem per Sacra-
mentorum susceptionem à se aufugere
velle conspicit.

Denique, sicuti Pharaö Filios Israel *Exod. 14.*
maximè persecutus est cum ab Ægypto
recederent, eos persequens & eorum rui-
næ studens: & sicut Laban tunc Iacob

Hh 2 inse

insecutus est, cum relicta domo ad terram Patrum migrare vellet; Ita Dæmon, tunc homines violentius vt Pharaon aggreditur, dum ad terram promissionis iter parant, & ad se recipiendos in terram patrum disponunt. Hæ sunt rationes, quas paucis enucleare volui propter quas, ita ferociter hominem inimicus aggreditur, & tam variis impugnat armis, quorum aliqua referam impossibile iudicans omnia in ordinem redigere, cum non sit peccatum in mundo, quo nos in ruinam pertrahere nonnoscatur.

Genes.



QVOD ÆGROTVS DE
DESPERATIONE TENTATVS
VIRILITER RESISTERE
debeat.

CAPVT XLVIII.

ANtequam vlti^o in hac materia progrediar, reprobanda illorum opinio est, qui existimant Dæmonem sola desperatione hominem illum aggredi qui toto vitæ tempore in peccatis delituit, non verò cum

am qui virtuti semper sedulam operam
auauit. Quod sane falsum est. Nam ille a-
imarum curiosus venator retia iacit, non
olum vt iniustum attrahat, sed vt & iustum
n periculum corruere faciat. sicut piscator
namum in aquam mittens non vnicum au-
cupatur piscem, sed modo vnus, modo al-
terius generis, ita Dæmon non solum in de-
perationem pertrahere improbum niti-
tur, sed & probum. Eusebius Cremonen-
sis spectatæ sanctitatis vir in articulo mor-
tis, voce clara exclamabat: *non faciam non* Marcus m^o
faciam. Qui interrogatus, quid hæc verba rultus.
sibi vellent; respondit: tentabat & incita-
bat Dæmon vt nomini Iesu renunciens de
diuina diffiderem misericordia. Non ergo
solum peruersæ vitæ viros his impetit armis
sed etiam sanctos, quamuis tamen persæpe
diuina permittente iusticia fortius malos
aggrediatur quam bonos. Proh dolor! quot
peccatores in desperationem lapsos in ex-
tremo vitæ agnouimus! Quidam nostro
tempore supplicij infernalis vehementiam
considerans, ex tunc in inferno esse opta-
bat; cum ego (inquiens) experiar, nihil am-
plius expectabo. Alius ad conuersionem
excitatus dicebat: Deus, Deus est, & miseri-
cors, miseretur, sed non nisi filiorum, non

Hh 3 vero

vero mei, qui vas sum iniquitatis, miseria, & indignationis, quique experior amodo inferni supplicia.

Alij auditi sunt in has voces erumpere: sepelite carnes has putidas, nam anima in infernum properat in æternum crucianda. Alij: vae mihi, pereat dies in qua natus sum, in qua baptismum suscepi, in qua vite spiritum traxi. Infinita exempla omitto, vt vobis hominem peccatorem sed contritum & ad Deum se conuertentē ostendam, & qualiter eum aggrediatur inimicus. Hunc accedens Dæmon: illi omnes vitæ reatus, iniquitates vniuersas ostendit, vt animi deliquium ingerat. Tunc eum similibus affari videtur verbis. Despera miser, omnem quā habere poteris fiduciam à te projice, neque dei misericordiæ fidas, sed potius cum Cain fratricida dic: *Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear*, nam tui nequaquam miserabitur Deus. An nescis neminem salutis portum attingere posse nisi per diuinorum mandatorum obseruantiam? At tu illa tantum abest vt obseruaueris) transgressus es, & in omnibus deliquisti.

Quid ægrotus tantis tentationum circumcinctus angustijs faciet? Quid respondebit? quō se vertet? Consulo vt dicat: Verum

um quidem est, infinita est iniquitas mea, infinitis Deum offendi modis, nec tamen fiducia anchoram abijciam, superat enim iniquitatem meam Diuina miseratio. Ideoque cum psalmista decantabo: *Misericordia tua Domine plena est terra. Domine protector respice in faciem Christi tui: Averte faciem tuam à peccatis meis: Non intres in iudicium cum seruo tuo Domine, si enim iniquitates obseruaueris Domine, Domine quis sustinebit? apud te propitiatio est.*

Si insititerit Inimicus, dixeritq; frustra te Deum deprecari cum peccatores non exaudiat: illius nefandam vocem hoc responso retunde. Mentiris, nam Publicanus licet peccator esset exauditus est. *Luc. 18.* Ezechias postulans dierum suorum multiplicationem quamuis peccator esset exaudiri meruit. *2. Reg. 20.* Si dixerit obstinatos peccatores non exaudiri; te non obstinatū, sed contritū peccatorem ostende, licet enim Deus iustū potius exaudiat quā peccatorē, tamen importunitate id obtinere me posse reor, quā supplico. Inferet denuo: Non est vlla occasio spei, cū peccata tua super capillos capitis tui, & super arenā quæ est in littore maris multiplicata sint. Dices; Et si tanta sint scelera superabundabit tamen gratia Dei, vt vbi abunda-

uit delictum ad mortem, superaffluat gratia ad vitam quæ conferetur à Iesu Christo Domino nostro. Ut quid de Iesu loqueris (inquiet) terribilis, & formidabilis peccatoribus nimis est. Rugiet ut leo in iudicio, & non timebis? Verum est, terribilis verè est obstinatis peccatoribus, qui illius patientia, & clementia abutuntur, qui que ut Cain, culpam fateri nolunt; at ego humiliter culpam agnosco: Deum meum confiteor, & veniam rogo. Longo nimis tempore ab eo discessisti (inquiet). Fateor, sed misericors Deus, in misericordiam proclivis, & multæ patientiæ est, qui que teste Apostolo expectat hominem ad pœnitentiam.

At ferius est (inquiet) iam aditus ad gratiam amplius non patet. Responde, nequam, quanto enim tempore anima vitalibus fruitur auris, semper ad gratiam via patens est, præstat enim serò satisfacere quam nunquam: *Sat cito si sat benè.* Propheta id ipsum indicat: *Impietas impij non nocebit ei in quacumque die conuersus fuerit.* Voce vitulanti replicabit. Quoties in concionibus audisti hominem pro solo mortali peccato damnari? Tu verò infinita commisisti & saluaberis, cum mille & mille homines supplicia æterna pro vnico patiantur: Responde. Si

Genes. 3.

Ezech 33.

de. Si damnati sunt aliqui ob vnum peccatum, id eis accidit, quia contritione caruerunt, at ego pro qualicumque admisso scelere paratus sum lachrymarum riuos ab oculis profundere. Si denuo clamet: Plurimi in via Domini ambulauerunt, in vinea doctrinæ laborauerunt qui vix salutis fiduciam habent, cumque fiducia ex præcedentibus operibus bonis oriatur quibus tu cares omnino, quomodo sperare potes? Responde: Omne meritum meū Iesus est, qui omnem supportabit iniquitatē meam, & omnia sustinebit delicta. Ille enim est iusticia, & sanctificatio nostra, per quem foelicitatis æternæ præmia adipisci spero. Si dixerit: Regnum Dei electis non verò peccatoribus dari. Resp: Indignum me illo profiteor, cum merita tanti non sint ponderis, veruntamen, portionem illam & partem quā mihi acquisiuit Christus in sanguine suo, neutiquam à me ablegare volo, neque hæreditatis meæ parti cedere. Si subiunxerit: ergone speras te admittendum inter electos Dei, Apostolos, Martyres, Confessores & virgines? Quā id tibi facie promittis? Resp. Absit vt eorum me choris associandum pollicear, sed locum inter Latronem Magdalenam, publicanum & huiusmodi

Hh 5 spero

Psal. 76.

spero me habiturum. Si quærat: Vnde id tibi polliceris? Cui fiducia niteris? Resp. fiducia & spes mea ex misericordia Dei oritur, quia Iudicem illum esse scio, qui ignorare nouerit: Nam de eo loquens psaltes Regius inquit: *Nunquid in ira misericordiam continebis? nunquid cum iratus fueris Misericordia recordaberis?* quamdiu ergo spero. Frustra (inquiet) speras, iã enim damnatus es. Resp. Mendax, deceptor, & calumniator es. Tu quidem damnatus es, at cæteros damnare non potes.

Subiunget: Ecce penè in inferno positus es: Resp. Mentiris; Caput meum Christus cuius ego membrum sum supra caelos est, ideoque illi me sociari conuenit; *Discedit itaque à me omnes qui operamini iniquitatem, quia exaudiuit Dominus vocem fletus mei. Illumina oculos meos ne vnquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus prauulsi aduersus eum.* Quantis proh dolor cingetur homo angustijs! quantis à Dæmone impetetur suggestionibus, vt in desperationem corruat! sed viriliter concertandum est, arma paro.

QVA

QVA VIA PIVS VISI-
TATOR, ÆGROTVM DE SA-
LVTE SVA DIFFIDENTEM
& dubium de Misericordia Dei
solabitur.

CAPVT XLIX.

ADuertistis (vt reor) Inimici cautelas,
& technas, quib⁹ ægrotū aggreditur,
& in desperationis abyssum pertrahere ni-
titur, ideoq; necessarium est, vt visitator pi⁹
in sua visitatione infirmū exhortetur qua-
tenus viriliter & strenuè, aduersus tanti ini-
mici impetum se muniat, ne fortè in diffi-
dentiam labatur, quæ è diametro Miseri-
cordiam impugnat, sine quâ saluari nequit.
Quemadmodum autem dum virum aliquē
rapidum torrētem pertranseuntē cernim⁹,
in quō penè periclitatur, non eum horta-
mur vt caput immergat aquis, sed magis vt
illud sursum ferat; ita dum peccatorem ob
sua peccata in profundum pelagi despera-
tionis demergi conspici⁹, non eū tunc de-
ferere, sed magis ac magis cohortari conue-
nit,

nit, vt omnes suos cogitatus sursum ponat, deprecans diuinam clementiam, vt in vltimo vitæ articulo tam periculosa non subijciatur tentationi. Quod vt melius fiat, ostendat visitator, Iudam grauius Deum offendisse desperando, quam illum Iudeis vel prodendo, vel vendendo. Enormitatem insuper huius peccati declara, quo nullum grauius, neque detestabilius est, siquidem diuinam maximè oppugnat bonitatem. Ideoq; rectissime dixit Cœlestinus I. *Horremus fateor tanta impietatis aliquem inueniri vt de Dei bonitate desperet.* Ingere illius menti Deum plura sustinere, quam homo possit in illum perpetrare. Illius siquidem infinita misericordia est, quæ nullis cingitur terminis, nec coarctatur angustijs, quæque ita nostra superat flagitia, sicuti aquæ guttulam, excedunt & superant immensa maria. Ad hæc, summam Increatæ veritati desperatio parit iniuriam, cū illa, Misericordiam, omne scelus superare doceat; hæcque flagitia, diuinam excedere clementiam vereatur. Propone pietatem quæ erga Iudæos vsus est Christus. Maximum perpetrarunt scelus, & nefandū crucifigendo filium Dei commiserant peccatum; attamen intueretur quomodo brachijs extensis, veniam sceleratis

apud Grat. c.
26. q. 6. c. ag-
nouimus.

ratis postulat, & diuinæ bonitatis viscera
 pandi efflagitat! Ob oculos illius pone fi-
 duciam & spem Dauidis, qui post adulteriū
 & homicidium Misericordiæ Domini re-
 cordatus decantabat: *latabor & exultabo in* *Psal 30.*
misericordia tua & c. quoniam respexisti hu-
mitatem meam, saluasti de necessitatibus a-
nimam meam: nec conclusisti me in manibus
inimicorum meorum, & infra: Benedic anima
mea Dominum, & noli obliuisci omnes retri-
butiones eius, qui propitiatur omnibus iniqui-
tatibus tuis qui sanat omnes infirmitates tuas:
qui redimit de interitu vitam tuam qui coro-
nat te in Misericordia & Miserationibus. &
paulo post: Non in perpetuum irascetur, nec
in aeternum comminabitur: Non secundum
peccata nostra fecit nobis, neque secundum ini-
quitates nostras retribuit nobis: quoniam se-
cundum altitudinem cœli à terra corroborauit
Misericordiam suam super timentes se. Quan-
tum distat ortus ab occidente, longe fecit à no-
bis iniquitates nostras, quomodo miseretur Pa-
ter filiorum misertus est Dominus timentibus
se, quoniam ipse cognouit figmentum nostrum:
recordatus est quoniam puluis sumus homo fi-
cut fœnum & c. Sustinet Dominus omnes qui
corruunt, & erigit omnes elisos: oculi omnium
in te sperant Domine. En quantam diuinæ
 boni-

bonitatis fiduciam habebat Rex ille sanctissimus. Alexander Macedo quantiscumque premeretur angustijs, nunquam desperabat: Et Christianus ab illo se superari patietur?

Proverb. 24.

Salomonis aduertat sententiam: *Si desperaueris, lapsus in die angustia, minuetur fortitudo tuâ.* Quod si post hæc adhibita auxilia, iterum infirmus de salute videatur dubius, consulto uisitor dicere poterit, se peccata illius assumere, dummodo verè contritus sit; quæ res (vt exemplo patet) remedium maximum adfert. Nam cum Eremita quidam aduocatus esset vt infirmum de salute desperantem ob grauiâ scelera quæ patrarat, solaretur: ei tantam esse confessionis vim indicauit, vt omnes omnino prauas actiones obliterare possit. Quo iterum dubitante, prudenter subiunxit: Ecce omnia bona quæ toto vitæ meæ tempore cum Dei gratia operatus sum, tuæ committo curæ, tu è contra omnia tuâ scelera meis impone humeris, vt pro illis satisfaciam.

Crescit in horto volupt.

Quo annuente, dixit: Expedit modo vt illa tua peccata mihi pandas, quatenus penitentiam illis debitam subeam, ne pro illis in iudicij die plectar: Quod cum egisset ægrotus, inquisiuit Pater, doleretne ex animo tanta se contra Deum flagitia perpetrasse,

trasse, quo annuente : Vis Sacramentalem hanc esse confessionem? quo dicente volo: Amodo (inquit) nec mihi nec tibi verendum est, nam omne periculum superasti, & peccata tua dimissa sunt tibi, ex Misericordia Patris & filij & Spiritus Sancti. Post mortem Sancto viro apparuit, ei gratias agens, quod eum hac arte, à desperationis vinculis absoluerat.

Denique, consultum erit, vbi desperationis imminet periculum sacrosanctum Domini corpus adferre, quia per eius præsentiam plerique è desperationis labyrintho educti sunt. Vt patet in Religioso quodam, qui (vt refert Crepetius) in articulo mortis recordatus, se in diuinis persoluendis officijs maximè fuisse tepidum, in desperationem lapsus se damnatum exclamabat. Cuius misericordiam assistentes compaterentur, deficientibus humanis medijs, corpus Dominicum adferri iubent, ad cuius aduentum, hostes fugam capescentes, infirmus sanæ menti redditus, cōfessus & Contritus Christum in sacramento adorauit, & illi animam suam commendans expirauit. Hæc
sufficiant.

*Lib. de odio
Sathan.*

QVOD

QVOD DÆMON VBI
NON EST DESPERATIONI
LOCVS, ÆGROTVM PECCATO-
rem per nimiam suæ salutis fiduciam, &
iustum per præsumptionem
tentet.

CAPVT L.

DVm fœlicitatis nostræ aduersarius ad-
uertit in infirmo desperationi locum
non esse, aliud sumens extremum, conatur
cum in præsumptionem pertrahere, & ni-
miam de misericordia Dei confidentiam;
vt sic spiritus inflatur & intumescat.

Qui decipiendi modus priori in pericu-
lo non cedit. Sic enim persuadet, ne peni-
tentiam agat, ne confiteatur, cum diuinæ
bonitatis immensa sit miseratio, & peccatū
misericiordiæ comparatum nihil penè sit,
nihil operetur.

Ezechiel. 18.

Manfuetudinem item iudicis proponit,
qui nō vult mortem peccatoris, sed in qua-
cumque hora ingemuerit, peccatorum nō
recordatur. Vnicū (inquit) suspirium, vnū
peccati in articulo mortis saluare te potest.
Fac

fac igitur quicquid voles, duc in bonis dies tuos, proculdubio salus te sequetur. Non enim pro animalibus, vel bestijs terræ, Paradisum condidit Deus, sed propter hominem: suadet insuper vt non conteratur, futurum indicans, vt sine cōtritione, sine gratia Dei, particeps hæreditatis supernæ fiat. Quapropter cum Deum velit iusticia sua spoliare, sine quâ tamen Deus non esset; tu pie visitator illum exhortare, ne in excessiuam suæ salutis feratur fiduciam, ita vt sacramenta relinquens, solo vnico peccati saluum se fieri posse arbitretur. Plerosque siquidem intuemur, quos subitanea mors surripiens, & ad interitum trahens, contritione, illo tempore fraudat.

Nam vt prædixit Apostolus: *cum dixerint pax & securitas, tunc repentinus superueniet interitus, sicut dolor parturientis, & in utero habentis, & non effugient.* 1. Thessal. 5.

Tales Antiochus & Esau fuere, qui in ultimo vitæ pœnitentiæ locum quesierunt, sed non inuenerunt. Sic ergo peccatorem aggreditur hostis; at virum iustum, validius impetit, maximam ingerens præsumptionem; vt benè aduertit Leo papa: *Nemo (inquiens) de sui cordis puritate confidat, quia peruigil ille hostis acriorib⁹ pulsat insidijs, quos*

li maxi-

maximè nouit abstinere à peccatis. Et sicut coluber latitans sub herba eam sæpe deuastat, sic præsumptio virtuti se supponens omnino eam ruinæ tradit. Quod Isidorus aduertens, ait : *Præsumptio in signum quod de summobor. semper sublimia appetit, à summis & primis sa. 38. personis communiter assumitur & amplexatur.* nam veluti gallina emisso ouo inflatur, & garritu suo sese de eo iactare videtur, sic homo patrato opere bono frequenter intumescit, huius operis initia sibi, non Deo adscribens. Vnde fit, vt in fine vitæ, homo iustus opera rectè à se facta considerans in præsumptionem labatur. In eam lapsus Dauid dicebat : *Non mouebor in æternum, sed casus, & in peccatū ruina,* eum ab hac præsumptione facile remouit. Plurimos reperimus, quos eadem præsumptio in infernum traxit. Religiosa quædā, quæ toto vitæ tempore virtuti studuerat, sub finem vitæ in eam præsumptionem collapsa est, ex quā, damnationis æternæ sibi tormenta comparauit. Sic ergo Dæmon iustum virū aggreditur, illi opera bona proponens, regnumque cœlestis meritis suis debitum esse asseuerans, vt eum in suæ salutis præsumptiuam fiduciam pertrahat.

Quapropter tu piè visitator videns hominem

Crespet in pom. mystico.

minem in eiusmodi vitium corruentem,
 tumque audieris illum, verba præsumptio-
 nem redolentia effutientem; cum hac Pau-
 sententia corripe: *Nihil mihi conscius sum* 1. Corinth. 4.
non in hoc iustificatus sum. Sine me (in-
 mit veritas) *nihil potestis facere*: si quæ bona
 agisti, Deo, non tibi, illa adscribe. Quod si
 Diabolus honore dignum censuerit, te
 cum humilitate, & animi submissione, nec
 non gratiarum actione suscepturum re-
 sponde, & ita hostis versuti astus euertes.



QVOD NON SIT PEC-
 CATVM QVO NON TENE-
 TVR INFIRMVS IN
 morte.

CAPVT LI.

QVamuis supra dicta vitia, sint illa qui-
 bus frequētissime homines à Dæmo-
 ne oppugnantur in mortis articulo; tamen
 nullum est vitium quò inimicus non vta-
 tur, vt hominem pertrahat in ruinam, vt si
 vno modo nocere non potest, saltem alte-
 ro miseriam & infelicitatē procuret. Ideo-

Li 2 que

que illis non assentior, qui censent Dæmonem in articulo mortis non aggressurum infirmum per vitia capitalia, nā tunc temporis, cum fortissimum est prælium omnes vires exerit inimicus, vt vincere possit. Hincque fit vt illud psalmistæ dicere possim: *Intenderunt arcum suum, parauerunt sagittas suas in pharetra vt sagittent in obrectos corde.* Omnia proponit vitia, vt (si in actu) saltem affectu eum in illa corrumpat faciat. Id quotidiano patet exemplo. Frequentissime enim cernimus Luxuriosos vitæ optare prolongationem, ne concubinas suas deserant, vt suis adhuc fruantur voluptatibus, vt suis gaudeant delicijs. Nonne superbia maxima est, in postremo vitæ spiritu pompas funebres, insignia, & epithaphia, victoriarum trophea exposcere? Quæ signa iræ, indignationis, cholæræ visa sunt in vno solo Caluino moriente? Quot inuenimus ex hac luce excedentium querimonias audimus, dicentiū intempestiuā se morte rapi, relictis tot senibus, qui inutilia sunt terræ pondera! Num id sine inuidia fieri potest? Quæ maior acedia reperiri valet, quàm nolle in fine vitæ ad Dominum reuertì, per scelerum confessionem? Quot videmus quotidie stimulante inimico, ita

psal. 10.

aricia flagrare, vt thesauros, opesque suas
 cum deferre cuperent si valerent? Insu-
 per Callidus serpens hominem in initio
 per inuidiam tentauit: *nam inuidia diaboli* Sap. 2.
intrauit in orbem terrarum, per super-
 biam dicendo: *eritis sicut dii*, per gulam fru-
 gum arboris vetitæ offerendo, ita perse-
 cutus hominem vsque ad exitum, iisdem si-
 gnis potuerit vitijs superabit. Certissimum er-
 ro est morientes omnium peccatorum ge-
 neribus à dæmone impetj. Non tamē quod
 unum morientem omnib⁹ omnino aggre-
 ditur, sed diuersos, modis diuersis, prout
 egrotos procliues cernit inimicus. Hunc
 per desperationē, istum per præsumptionē
 vt supra diximus, hunc per Superbiam: istū
 per infidelitatem, omnem adhibens ope-
 ram, vt fidem (quæ salutis illius basis & fun-
 damentum est) euellat, & explantet. Et si-
 cuti vir qui ædificium tempore paruo de-
 moliri vult, cuniculos quosdam in funda-
 mentis facit, vt nullo negotio illud euertat:
 ita callidus serpens volens salutis ædem de-
 struere fidem aggreditur, vt facilius suo de-
 siderio perfruatur. Quod vt melius faciat,
 multas difficillimasque ingerit quæstiones,
 multa dubia: Nunc de Sacramento altaris,
 nunc de purgatorio, modo de Resurrectio-

Genes. 3.

Agonizans de
 Infidelitate
 tentatur.

ne, fidei contrarias proponens opinionem. Cuius conatus ut elidere valeat ægrotus, ut

Ephes. 6.

visitator, illi auream, Apostoli suggestentiam: *propterea, in omnibus accipite armaturam Dei, galeam salutis, scutum fidei, ut*

*De consolat in-
fir. c. 12.*

possitis stare aduersus insidias diaboli. Ioannes Polanus aliud illi suggerit remedium, nempe ut inimico de Infidelitate tentanti semper respondeat se illud credere quod Ecclesia Catholica Apostolica & Rom. credit. Alia huiusmodi remedia vide loco supra citato.

*Agonizans de
Impatientia
sentatur.*

Alium impatientiæ vitio premit, ut meriti iacturam faciat. Huic persuadere nititur, Deum maximam illi inferre iniuriam, illud Deo derelictum, ea supplicia non esse meritum, quod si meritum esset, illa cum patientia sustinendi ansam haberet, sed hæc infirmitas superuenit & accidit quo tempore salutem proximi prouidet, infinita denique huiusmodi suggerit: quibus si obuiare volueris (pie visitator) in primis illi compatere illius condoleas miseriam, ut faciliorem præbeat auditum. Deinde declara impatientiam, dolorem non munere, sed augere, cum dolor eo sit vehementior quod voluntas patientis illi magis reluctatur. Denique ostendes impatientiam omne meritum tollere.

Alios quosdam, pusillanimitate impugnat,

at, persuadens opera quæ egerunt non esse digna præmio tanto, nec cœlesti regno: cui tentationi vt obsistat ægrotus, secû cogitet, ea licet cœlo digna non sint, tamẽ per meritum passionis Christi digna fieri. Iustos præcipue hoc aggreditur modo, eorû mentibus malas ingerens cogitationes, quibus (etsi reluctantur) summopere secreta Dei iudicia cum pusillanimitate incurrere vereantur, & sic eos in his occupationibus, detinet, vt ex eorum mentibus Dei memoriam expellat, vel impediat.

Alios plane spirituales & contẽplatiuos tentat per curiositatẽ, qua expetunt visiones quasdam vel reuelationes, quibus de salute sua certi reddantur. Quæ tentatio reuera maxima est, tunc enim Dæmon vanis quibusdã illusionibus & spirituali dulcedine animã decipere nititur, & curiositatem illam recipiendi reuelationes vel visiones imittit, vt postea in dubium trahat illos, quibus illæ nõ contingunt vtrû Deus illos amet, vel de electorû numero sint. Periculosum itaq; est illas in extremo vitæ desiderare, sed multo periculosius de illis etiam apud alios se iactare vel ex illis gloriã q̄rere.

Agonizans per pusillanimitatem tentatur.

Alios per scrupulos, notãter filias & mulierculas quib⁹ scripturarû minor inest cog-

li 4 nitio.

nitio, alios spe longioris vitæ deludit, alios infinitis modis, prout cernit expediens, vt suæ voluntatis habeat effectum. Quibus omnibus vt verè & prudenter obsistat ægrotus, Humilitatem amplectatur, quâ omnes inimici cautelas, & ipsum expellet inimicū, vt Diuo Anthonio reuelatum fuit. Hæc est igitur lucta inimici, sed hæc etiam sunt arma ægroti quibus se protegat, & defendat. His alia subnectamus.

QVÆ SINT ARMA OFFENSIVA, SIVE, QVIBVS ARMIS PROSTERNATUR, ET in fugam relegetur hostis.

CAPVT LII.

DVm strenuus miles se ad prælium parat, non solum arma quibus se ab inimici impetu muniat suscipit, sed etiam alia quibus illum propellat, vulneret, & interficiat accipit: ita cum ægrotus morti appropiat, non solum arma defensiva, sed & offensiva suscipere debet, quibus inimicum in fugam vertat. Arma defensiva sunt, *charitas: quæ foras mittit timorem: Spes, quæ galea salutis appellatur, quâ ictum desperationis*

1. Ioan. 4.
Ephes. 6.

tionis auertit : Sacramentum pœnitentiæ, quô abijcitur sarcina peccatorum ad leuius pugnandum: Eucharistia, quæ ei præbet cibum, vt validius in incepto pugnet certamine: Extrema vnctio, quâ vngitur ad elidendos conatus aduersarij. Sed quoniam non sufficit armari, nisi etiam, offendatur aduersarius, necesse est, vt illi arma decenti præbeamus. Quæ sunt?

1. Exorcismi & coniurationes ab Ecclesia *Arma offensi-
ua.* approbatæ, quarum vis, inimicos vsque in

infernî profunda demergit, quemadmodû auctoritas à Deo hominibus collata est, *Exorcismi pel-
lunt demones.* licet id irrideant Hæretici, qui ijs se applicare non audent, ne fortè Dæmon erga eos suas pandens vires periculum inferat, & ne illis idem quod Luthero contigit, eueniat.

2. Crux, vel imago Christi crucifixi in quo *Crux fugat de-
mones.* spem omnem & fiduciam collocare debêt.

Imitetur ægrotus Danielis pietatem, qui in orationibus suis semper versus Hierusalem sese conuertebat, vbi in spiritu Prophetico crucem futuram præuidebat. Hanc Crucis imaginem amplectatur, & in ea saluatoris nuditatem aduertens; omnes carnis illecebras condemnet, omnesque mundanarum vanitatum pompas contemnat, brachia crucis fixa libertatem effrenatam sedabunt;

pectus apertum, ad confessionē illum pro-
 uocabit, pedes clavis confixi eius inutiles
 discursus condemnabunt, deniq; totus, in-
 signis tibi erit lectio. Induere ergo & hanc
 armaturā suscipe, nā in ligno crucis salus fa-
 cta est, mors superata est; vt recte Erasmus
 his verbis annotauit: *Signū illud salutis æter-
 nae Christus in cruce pendens, signū est trium-
 phale, signum gloria, signum victoria, signum
 vite sempiterna.* In hoc signo omnis futura
 victoria collocata est certitudo, vt Constā-
 tino indicatū fuit voce cœlesti *In hoc signo
 vinctes.* Insuper solent homines ad quietem
 ituri se signo crucis munire, quia somnum
 gelidæ mortis imaginē esse sciunt, tu ergo
 cum ad mortē properas, muni te signo cru-
 cis, nam validissimū est ad fugandos nequi-
 tiæ spiritus remediū. Dic cum Regio psal-
 mista, *In pace in idipsum dormiā & requies-
 cam.* Sanctos plerosq; imitare, qui in mortis
 articulo se illo munierunt. Chrysostomus
 moriens se signo crucis muniit: D. Ambro-
 sius cancellatis brachijs, & in crucis modū
 compositis. Quod si ægrotus illud formare
 non potest, adstantes illud operentur. Sic a-
 gebat D. Augustinus erga sanctā Matrem
 dum moreretur. Sanctus Donatus hoc sig-
 no serpētem stupe fecit, sic tu o ægrote De-
 monem

*Lib de prap.
 ad mortem,*

Psal. 4.

*Nicephor. lib.
 13. hist. in vit.*

monem nō solum obstupefacies, sed etiam in fugam vertes. Hanc igitur amplectere, nam sub illius vmbaculo (ad instar Helix sub iunipero) emori, & mortem desiderare debes. Reliquiæ sanctorū cum fide applicatæ ægroto, nam sancti, honorē quem exhibemus reliquijs eorum persentiētes, in adiutorium nostrū exurgunt, & pro nobis aduersus inferni potestates concertant, eosq; debellant, Deo id illis concedente. Nam sicuti miles vulnera quæ in Regis defensione excepit ostendens, facile suoi ū fit compos desideriorum. ita martyres vulnera quæ pro Christo sustinuerunt ostendentes, à Deo facile id quod exoptant consequuntur. Recte igitur fecerit, si reliquias ægroto applicuerit pius visitator.

Reliquiæ.

4. Panis benedictus, omnesq; res quæ benedictæ sunt, vt rosaria, medallia, imagines & his similia. Cineres benedicti quos capiti agonizantis cōuenit imponere. Ciliciū quo olim induebātur morituri, cui⁹ benedictio nē videre poteris in sacerdotali Romano.

5. Nomen Iesu cū reuerentia & deuotione prolatū, vel à se, vel ab adstantibus si loquēdi abfuerit potestas. Gregorius Turonensis refert Clodouicum Regem inuocato hoc nomine hostem profligasse; sic tu (ægrote) faci-

*Lib. 2. hist.
Franc. c. 29.*

facile de hostib⁹ referes triumphum, si hoc sacratissimum nomen in auxilium piè inuocaueris. Cum die quadam D. Anthoniū Paduanum hostis humani generis de nocte comprimens strangulare niteretur, is excitatus à somno confestim impetum inimici persentiens nomen Iesu protulit, atque illico ab his insidijs absolutus, eum in fugam vertit. Sic tu (o ægrote) ad somnum mortis pergis, si igitur te hostis varijs comprimant tentationibus; huius nominis vigore illius retunde vires & impetum elide.

6. Cereus benedictus quem agonizans manibus tenet, quò multam pro peccatis soluit, & publicam reparationem pro iniurijs in Deum commissis facit, quem morè satis probare non possum. Nam hoc modo, fidem quam de Sanctissima Trinitate habet, profitetur, per, ea quæ in cereo continentur, nempe ceram, lychnum & ignem. Nam sicuti ignis ceram liquefacit, & dissoluit sic Spiritus Sanctus (qui ignis verus est) liquefacit ægrotum, & in fletus dissoluit, ut misericordiam diuinam (quæ in Patre & filio est) exposcat & preceat. Insuper per hunc Cereum fidem quam habet de Christo palam ostendit, nempe quod ipse sit vera lux quæ illuminat omnem hominem venien-

Ioannis 1.

nientem, sed exeuntem ex hoc mundo. Et veluti (inquit Pater Costerus, Societatis Iesu) Cera ab apibus conficitur quæ virginis symbolum sunt: ita per eandem ceram quam manu tenet, Christum ex purissimo virginis utero intacta virginitate exiisse profitetur. Ad hæc, lumen externum docet illum, usque ad finem vitæ lumen gratiæ retinere. Docet insuper velle ægrotum cum virginibus sapientibus, obuiam sponso ire cum ardenti lampade, uti Virgo etiam ex hac luce exire voluit. Denique hoc modo postulat sibi lumen charitatis adesse, & expulsionem inimici ab eo loco, in quò lumē cerci benedicti relucet.

In Institut. Christ. c. 9.

*Matth. 25.
Nicephor. lib.
2. Eccles. hist.
c. 21. 22.*

7. Aqua benedicta, cuius virtute expelluntur Diabolicæ potestates, non quia aqua est, sed quia per Sacerdotalem benedictionem fuit sanctificata, licet eam irrideant nostri Hæretici, experientiarum quotidianarum immemores. Nam si nihil virtutis plusquam alteri inesset, cur ita se in obsessis corporibus cruciari, & comburi ob illius asperionem faterentur? Ægrotum itaque iuuat, maximè in agone, hac aqua benedicta aspergere.

8. Inter cætera & omnia penè arma quibus propugnatur hostis, & fugæ terga vertere

tere

tere cogitur, Orationes validissimæ sunt, quippe quæ è cordis pharetra emissæ inimicos propellant, & ne ægrotum accedant impediunt. Harum robur aduertens Chrysostomus, inquit: Non ita leo rugitu suo cæteris animantibus pauorē incutit: quomodo orationibus, in terrorem & fugam vertitur inimicus. Ideoque D. Anthonius discipulos docens quibus armis cum inimicis concertaretur, Orationis maximè meminit. Nam in ea homo humilitatem suam, diuinam quoque (quàm precatur) agnoscit sublimitatem. Fidem probat, nam se credere ostendit in eum quem rogat, alioquin nõ faceret. Spem habet, nam illius animus in Deum fertur, à quo sperat suorum votorū adimpletionem euēturam. Charitate fruitur, nam rogans & sperans, amat. Quapropter ægrotum exhortabitur visitator, vt morti appropians, etiam orationibus vicinum se reddat Deo. Christus siquidem id exemplo docuit, & Apostolus testatus est documento: *In diebus (inquit) Carnis sue supplicationes offerens ad Deum, qui possit illum saluum facere à morte, cum clamore valido & lachrymis, exauditus est pro sua reuerentia.* Hoc igitur modo eum precetur: *Domine Deus salutis meę, spiritus meus ab*
inimi-

ad. 56

inimicis circumdatus, & varijs anxietatibus
 circumcinctus, ad te exclamat. Succurre
 igitur, & auxiliatricem postulanti porrige
 dexteram: Intuere lachrymas, respice su-
 spira imis educta pectoribus. Deus meus!
 vita viuentium, & resurrectio mortuorum,
 en morti proximus, vndique aduersariorū
 aduerto impetum, & præsentiam iudicis
 formidandi vereor. Horresco totus dum
 infinita scelera contueor, & iusticiam aspi-
 cio: At me horrentem & pavidum solatur
 Misericordia, & gratia tua. Ideò te precor,
 sursum me leua, & in hac spe, & gratia spe-
 rantem cōforta: auxiliatrice me tuere dex-
 tera, & mihi tua fortitudine opem adfer.
 Tu quoque Regina cœli, ne me quæso in
 hoc angustia tempore deseras, sed cœli he-
 redem tuis precibus constitue: Animam
 suscipe, quam in manus tuas commendo.
 His, & similib⁹ modis poterit ægrotus De-
 um deprecari vt fœlicem finem assequatur.
 His poterit armis hostem facile superare;
 Nam vt inquit Matth: *Hoc genus demonio-*
rum non eijcitur, nisi in ieiunio & Oratione.
 Id ipsum sentit fulgentius dum inquit: *Non*
est aliquod huius vite tempus, in quo homini-
bus muscipulam non tendat inimicus, cuius la-
queos nemo potest proprijs viribus euadere: sed
tunc

Matth. 13.

tunc aduersarium vincimus, si lachrymis, & orationibus, & continua cordis humilitate pugnemus. Hos igitur D. Bernardi ciaculatorios (si potest ægrotus) recitet versus.

1. Domine illumina oculos meos, ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat inimicus meus preualui aduersus eum.

2. In manus tuas commendo Spiritum meum, redemisti me Domine Deus veritatis.

3. Locutus sum in lingua mea: Notum fac mihi Domine finem meum, & numerum dierum meorum ut sciam quid desit mihi.

4. fac mihi signum in bonum ut videant me & confundantur; quoniam tu Domine adiunxisti me, & consolatus es me.

5. Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis, & nomen Domini inuocabo.

6. Perijt fuga à me, & non est, qui requirat animam meam.

7. Clamaui ad te Domine: Tu es spes mea, portio mea in terra viuentium.

8. Signatum est super nos lumen vultus tui Domine dedisti letitiam in corde meo.

Similes & proficuas orationes requirere poterit pius visitator in sacerdotali Romano & Diurnali, vel breuiario.

nis, &
 militat
 iacula
 sus.
 unquam
 e inimi
 mem,
 tum fal
 um die
 eant me
 e adiu
 bi sacri
 ni inuo
 equirat
 ea, por
 ltus tui
 vere pa
 ali Ro
 niario.
 Quis-

Quisquis igitur huius vocis, & benedi-
 ctionis: *Infirmus eram & visitastis me*, parti-
 ceps esse voluerit his insulat operibus, &
 his immoretur, illud Iob attendens *visitans*
speciem tuam non peccabis, sicut & illud Sa-
 pientis: *Non te pigeat visitare infirmum, ex*
hoc enim in dilectione firmaberis, & procul-
 dubio saluti consulens, illam à Domi-
 no obtinere merebitur.

Amen.



Kk DE

DE SEXTO
OPERE MISERICOR-
DIÆ QVOD EST CAP-
tivos redimere.

Vise cauis clausos tenebris,
& carcere cœco.

Quos monitis decet adiutos,
opibusque redemptos
Eripere: Hoc opus arata tuo cir-
cundata collo.

Vincla necis rumpet, discrimi-
na mille fugabit.

QVOD

QVOD CONFRATRES
 CHARITATIVI CVRAM
 HABERE DEBENT IN-
 carceratorum.

CAPVT LIII.

QVONIAM vnum Misericordiae opus ad
 Misericordis & Charitatiui nomen
 obtinendum non sufficit, congruum est vt,
 visis a grotis ad carceres, captiuos visitaturi
 se conferant. Illorum siquidem meminisse
 nos iubet Apostolus dicēs: *Mementote vin-* Heb. 13.
ctorum, tanquam simul vincti. & alibi bene-
 dicit ob id opus Onesiphoro: *Dei miseri-* 2. Timot. 2.
cordiam (inquiens) *Dominus Onesiphori do-*
mui, qui saepe me refrigerauit, & cathenam
meam non erubuit.

Quærit aliquis quibus incarceratis suc-
 currere debeat: dico omnib⁹ indifferenter.

Primo. Iis succurrendum, qui consanguini-
 tate vel affinitate cōiuncti sunt, alioquin
 infideli deteriores effemus; sic enim loqui-
 tur Apostolus: *Si quis suorum maxime do-*
mesticorum curam non habet, est infideli dete-
rior, infideles siquidem permultos admo-

*Lib. 5. c. 3. &
5.*

dum pios, & in captiuos parentes munificos fuisse legimus. Valerius Magnus referat Simonem, militiadis Atheniensium ducem filium, cum Patrem perpetuis adiudicatum carceribus percepisset, Iudices rogasse, ut patri honestam largirentur sepulturam, & que obsidem illius loco remansurum.

*In 4. decal:
c. 3. ex Plin.
lib. 6. histor.
natur.*

Matthias felisius narrat mulierem quandam carceri mancipatam, & adiudicatum ut inedia consumeretur, multo tempore filia (quæ pietatis titulo eam frequenter inuisebat) lacte sustentatam fuisse. Meminit alterius eiusmodi in græcia filia valerius, quæ patri captiuo, & fame morienti, su-genda porrexit vbera. Memini quondam legisse me admirabile viduæ cuiusdam exemplum. Quæ cum incarceratum ab inimicis vnicum quem habebat filium percepisset, dolens & gemens quotidianis singultibus à Virgine Beata, ut libertati restitueretur efflagitabat. Cernens autem se vororum suorum non fieri compotem, ad Ecclesiam properat, in qua Imaginem Diuæ Virginis sic affata est: Sæpè te (ò virgo benedicta) precata sum, ut filium vnicum quæ amore summo prosequerbar squalido educeres carcere; at meas semper hucusque respuisti preces: Id denuo precor quod si respicis,

Lib. 5. c. 14.

quis, filium tuum quem vlnis sustines sub-
 traham & pro absente filio, obsidem reti-
 nebo. Sumit ergo puerulum Iesum è ma-
 nibus virginis, & linteis mundis inuolutū
 secum defert. Nocte verò sequenti Virgo
 Maria incarcerato apparens, illum protinus
 soluit & liberum exire iubet, præcipiens vt
 matrem hortaretur ad restitutionem filij,
 quem abstulerat, & obsidem retinebat. Sæ-
 pè numero mentionem fieri audiui Hispan-
 na cuiusdam mulieris, quæ incarceratum
 soluere volens maritum illius barba rafa,
 eum omnibus suis induit vestimentis, se il-
 lius loco substituens, immo & ad mortem
 oppetendam parata, si infligenda foret. His
 exemplis, connectere possum seueritatem
 qua leges puniunt eas proles, quæ paren-
 tibus incarceratis succurrere negligunt,
 nam omni successionis iure eas priuant ob
 ingratitudinis atque illius crudelitatis fa-
 cinus.

Secundo: Compatriotis, & Conciuibus
 qui ijs reclusi sunt in ergastulis pia charita-
 te, necessariarum rerum administratione
 subueniendum est.

Tertio: Eorum compatiendum est qui
 ex infortunio suis bonis spoliati in carceres
 detrusi sunt, quod Cicero rectè docuit, dū

Kk 3 ait

*l. Si captiui
 C. de Epif.
 cler.*

Cicer. Ret.
2.

ait: *Eorum misereri oportet, qui propter fortunam (non propter crimen) in miserijs sunt.*

Genes. 40.

Quarto. Succurrendum est ijs, qui falso acculati, tanquã rei in istis reclusi sunt carceribus; eorum est inquirenda innocentia & iudicibus ostendenda, ut citius à vinculis absoluantur, ne longo temporis intervallo emoriantur, & innocēs sanguis in Republicæ periculum effundatur. Caueat igitur Misericors, ne eorum preces rogatus despiciat, sed poti⁹ vocē illam captiui Iosephi Magistrum pincernarum Regis alloquentis perpendat: *Memento mei cum bene tibi fuerit, & facias mecū misericordiam, ut suggeras Pharaoni, ut educat me de isto carcere, quia furto sublati sum de terra Hebraeorum, & hic innocens in lacum missus sum.* Sic enim clamant incarcerati, quorū misereri oportet, iuxta doctrinam Sapientis: *Libera eum qui iniuriam patitur de manu superbi.*

Quinto. Eorum miseremini qui propter debita carceribus mancipantur. Diuites autem qui hac in eos crudelitate sæuiunt illud Isaïæ attendant, qui ideo populum Israhel bona opera exercentem à Deo exauditum non fuisse testatur, quia debiores suos repetebant, & ab eis debita exigebant. Num in lege Mosaica, debitores carceribus mul-

Et aban-

Et abantur? Nequaquam. Nunquid seruus ille, qui conseruum torquebat vt exiguum debitum redderet, morti, & carceribus æternis traditus fuit? Scelus sane nefandum est, hominem carceribus destinare, è quib⁹ liberandus erat, spoliare, cum induere oporteret; dedecore afficere, cum honorandus & diligendus esset. Eorum ergo miseremini.

Denique, malefactoribus, & ob scelera incarceratis succurrendum est: Nam licet ob sua sint delicta reclusi, tamen Misericordiæ datur locus, & diuinæ gratiæ capaces adhuc sunt. Innocentis Iosephi exemplum imitami. Hic etsi fratrum vitia cognosceret (ob quæ ignotum se paruo tempore fecit) non tamen eos omnino à se reiecit, sed inclinato animo, eorum subuenit inopiæ, eis frumenti copiam & pecuniam tradens. Sic licet ex iustitiæ ordine mali puniendi sint, tamen moderato illo rigore, eorum subueniendum est indigentia, tunc enim ardentes super capita eorum congerentur carbones, & hac pietate ad penitentiam, & meliorem frugem excitabuntur.

Genes. 42.

Kk 4 QVOD



QVOD MAXIME SVC-
CVRRENDVM SIT IIS, QVI
PRO CATHOLICÆ FIDEI
sustentatione incarcerati
sunt.

CAPVT LIV.

COnuenit omnium quidē illorum su-
pra nominatorum misereri, sed maxi-
mè & præcipuè eorum qui pro fidei Chri-
stianæ tutione carceribus mancipati sunt,
& in vincula coniecti; quales fuere Petrus
& Paulus, de quibus illud dixisse sufficiat,
quod D. Chrysostomus ore planè aureo e-
locutus est. Nam eorum fœlicitatem satis
mirari, satisque prædicare non potest; illius
verba referamus. Si quis mihi vel vniuersi
cœli, vel huius catenæ copiam & optionē
largitus esset, catenam hanc ego planè ele-
gisssem. Si aut mihi cum Angelis standum
fuisset sursum, aut cum Paulo victo, car-
cerem vtique præoptassem. Ad hæc, si quis
me aut in numerum & ordinem collocas-
set cœlestium potentiarum, earum etiam
quæ propè sunt thronum Dei; aut talem li-
gatum

*Hom. 8. in
Epist. ad Ephes.*

gatum fecisset; talis utique ligatus esse voluisssem. Nihil hac catena beatius! vellem nunc etiam esse in ijs locis, in quibus ista dicuntur esse vincula. & Paulo post. ò beata vincula! ò beatas manus quas catena illa exornavit! Non erant ita præclaræ man⁹ Pauli, quando claudum illum in I. ystris erigebat, ac restituebat, atque quando vinculis erant circumligatæ. Quod si mihi temporibus illis esse licuisset, tum potissimum illas circumplexus fuisssem, inque sinus meos collocasssem. Utique non cessasssem exoculari illas, quibus pro Domino meo ligari licuit. Catenam nempe Pauli reuerbatur vipera, quando dependens de manu, nihil excussa nocuit. Immo totum quoque mare. Et si mihi optio daretur, non præferrem his catenis facultatem mortuos suscitandi. Quod si per curas Ecclesiasticas licuisset, & corporis valetudinem, nihil causatus fuisssem quominus tanta peregrinatione suscepta, catenas ut minus vidisssem, & carcerem ubi detinebatur. Hæc Chrysostomus.

Tertulianus refert primitiæ Ecclesiæ *Lib. 2. ad exo-*
 Christianos, turres & mœnia conscendere *rem.*
 solitos fuisse, ut martyrum qui pro Christo
 patiebantur vincula exoculari possent.
 Sciebant enim nihil magis adaugere meri-

Kk 5 tum,

tum, quam captiuos pro Dei honore visita-
re & consolari, siquidem honorum culmen
& apex est pati pro Christo: Hinc Paulus
non de visionibus, vel gratijs quas à Domi-
no susceperat, sed de vinculis gloriatur.

Ephes. 4.

Ego inquit vincetus in Domino. nouerat enim
nullo secertiori modo sublimandum in
gloria Dei, quam per carceres, & vincula
quæ pro honore Saluatoris sustinebat. Hu-
ius gloriæ symbolum erat manipulus Io-
seph, qui ligatus, sursum elatus est. Sic sur-
sum feruntur qui tribulationes pro Dei ho-
nore supportant. Ideoque Paulus eas nul-
latenus formidabat: *Scio quod vincula &*
tribulationes Hierosolymis me manent, sed
non curo, nec facio animam meam pretiosorem
quam me. Eiusmodi ergo captiuis præci-
puè succurrite; illis opem ferite, nam di-
uinam pro vobis clementiam precabun-
tur.

Sunt & aliæ, quarum vos conuenit mi-
sereri, nempe Religiosarum, quæ volun-
tariè se claustris tanquam carceribus ab-
diderunt, idque ob amorem Christi, ne
tot, tantisque difficultatibus quibus scaret
mundus subijcerentur. Nam sicuti lux in-
clusa lucernæ, facilius natium seruat ni-
torem, quam illa quæ variè à vento distra-
hitur.

hitur: sic etiam virgo inclusa nullo negotio poterit virtutum assequi fastigia, quæ in mundo quotidie periclitarentur. Cum ergo Civilem illum carcerem, claustrum dixerim elegerint nonne merentur adiutorium? Ita planè. Ijs igitur charitatiui vestris opibus subuenite.

XXXXXXXXXX:XXXXXXXXXX

QVOD CHARITATI-
VI ET MISERICORDES DE-
BENT SOLVERE EOS QVOS
Sathan vinculis peccatorum obstrinxit,
& adiuuare animas in purgatorio
existentium.

CAPVT LV.

Æquum etiam est, vt his qui peccato-
rum implicati sunt reijs sanctis ad-
monitionibus succurratur; hos soluere ex-
pedit qui Diabolicis alligati sunt vinculis.
Neque enim grauior est seruitus, quàm pec-
cati: *Qui facit peccatum seruus est peccati;* in-
quit Euangelista. D. Augustinus non ali-
unde ortam fatetur seruitutē quàm à pec-
cato: Hinc in Sanctis codicibus nomen vel
seruitutis vel serui nusquam reperitur, ante
tem-

*Ioan. 8.
serm de S. S.*

*Lib. 19. de Ci-
uit Dei c. 15.*

tempora Patriarchæ Noë, qui filio Chain maledixit, & fratrum subiecit imperio. Deriuat autem nomen hoc seruitutis à verbo *seruare*, quia duces in bello deuictis hostibus fortissimos quosque seruare consueverant; vt eos mechanicis laboribus subdendos venderent. de quâ consuetudine vide Iustinianum. D. Basilius Diuo Augustino consentiens, neminem à natura seruum esse asserit, nisi se sponte peccati subiecerit seruituti. Nam etsi homo infinitis clauderetur numellis, spiritus tamen illis coerceri, nec contineri posset; ita vt is verè liber dici possit, qui etsi corpore captiuus sit, omni tamen in spiritu iniquitate caret. Testes audiamus. Cicero in primis sic scribit: *Liberis estimandus est qui nulli turpitudini seruit.* Seneca verò: *Liber non est quem superbus inflamat animus*, quod Aristoteles edocuisse videtur; dum inquit: *Virtus & malitia, determinant seruos & leberos.* Quid Sancti Patres hac de re eloquantur videamus. Diuus August: Ecclesiæ lumen sic scribit: *Liber est bonus homo, etiamsi seruiat.* & alibi: *Solus Iustus est liber.*

Id ipsum tenet D. Ambrosius sic scribēs: *Ille in quauis conditione seruitij liber est, qui amore non capitur, auaritia vinculis non tenetur.*

*Lib. 1. instit.
Serm. de Spiritu.*

In prouer.

Lib. 1. Politic.

*Lib. 4. de Ciuitate Dei.
Serm. 18. de verb. Apost.*

tur. metu criminis non alligatur, qui securus expectat futura, quem non pauent presentia. Lib. de Ioseph
Sola apud Deum (inquit D. Hieronymus) libertas est, non seruire peccato. Hos ergo peccatores. iniquitatum pondere oppressos, & malitiæ irretitos vinculis soluite, continuis exhortationibus, monitionibus, & fraternis correctionibus, vt mereamini recipere præmium sempiternum.

Quoniam hoc opus Misericordiæ partim corporale, partim spirituale est, vos exhortari possem (Misericordes) vt animarū in purgatorio existentiū misereamini, quæ in medijs torquentur ignibus, sulphureum patientes fumum. Ad hæc loca subterranea, ad hos alterius mundi carceres remittere possem, sed ne prolixior sim, omitto.

QUALITER SE HABERE DEBEANT FRATRES CHARITATIVI ERGA REOS qui supplicio sunt affiendi.

CAPVT LVI.

Non minimum est inter hæc Misericordiæ huius opera captiuis etiam re-
 is &

is & malefactoribus exteriorem opem ferre, sed tamen maius est, eosdem salutaribus monitis, exhortationibus, & spiritualibus documentis præcipuè morte plectendos imbuere, ne pariter animæ sicuti corporis iacturam patiantur, sed magis ut pereunte corpore anima salua fiat. Quantam huic rei nauant operam Confratres Charitatis Romani, ut relatu persæpè agnouimus! Methodum huius operis præscribit R. P. Franciscus Isellius, cuius librum non sine emolumento pius consolator legere poterit.

Inter cætera quæ tradit documenta, sedulo monet Charitatiuos confratres, ut prolata à iudice sententia reum statim Sacerdos accedens inducat ad generalem omnium criminum confessionem peragendam, & ad Eucharistiæ Sacramentum vno die ante mortem suscipiendum (nunquam verò ipso die executionis) Monet insuper ut illius se amicitia in sinuent, nec eum deserant vel vnico temporis momèto, ne forte in desperationem collabatur, sed eum hortabuntur ut æquo ferat animo, in suorum satisfactionem delictorum, mortem, cui adiudicatus est, eamque Deo offerat, ut ex merito mortis filij sui, gratam excipiat. Hortatur etiam pios Consolatores ut an-

tequam

tequã hoc opus aggrediantur se confessio-
nis & Eucharistiæ sacramento muniant, vt
eo melius, & cum maiorj salutis emolu-
mento meritum istud acquirant. Quod si
postea velit reus de bonis suis (si ius in illa
habet) ordinare, id fideliter excipiant, &
adhibitis fide dignis testibus exequantur.
Cauendum autem summopere est, ne pati-
ens inebrietur vt mortis, vel infœlicitatis
suæ sorte non terreatur, nam hoc pacto,
plerumque ruunt animæ in æternam dam-
nationem.

Sed eum cum deuotione & precibus ad
supplicij locum comitabuntur, reum sem-
per admonentes, vt suæ salutis recorderetur,
atque vt spem omnem, omnemque sollici-
tudinem in Deum iaciat, Virginis auxilium
precetur, & Sanctorum patrocinium ex-
poscat. Quod si reum publicè mori pude-
at: ei mortem Saluatoris in memoriam re-
ducent, ostendentque quanto pudore in
Caluariæ monte, inter latrones filius Dei,
Rex gloriæ affectus fuerit. Quid? inquit:
Nonne D. Petrus Apostolorum Princeps,
& Ecclesiæ primus Pontifex, Romę in pub-
lico concursu mortem opetijt? Nonne D.
Bartholomæus regio licet sanguine ortus,
vix excoriatus est? Nunquid multi prin-
cipes

cipes his seculis morti adiudicati sunt? Prodeat Thomas mor⁹ Angliæ iubar, qui mortem honoribus prætulit. Prodeat & Maria Scotiæ Regina, quæ inuictò animo ad mortem ab impia & scelerata Sorore damnata, caput tortori amputandum obtulit. Si hoc mori publicè non puduit; ut quid te modo pudeat pro tot, tantisq; peccatis quæ commisisti mortem subire, per quam ijs satisfacies? Si verò patiens appetitu quodam vindictæ agatur, & comminationibus utatur, tum aduersus iudices, tum contra aduersarios: illi pij Confratres D. Stephani patientiam imitandam proponunt, qui cum lapidibus obrueretur, pro persecutoribus exorabat. Obijcient item Phocionis (licet pagani) exemplum, qui iniuste morti adiudicatus, filium sedulo monebat, ne mortis sue pænas sumeret.

His per actis, animam illius diuinę commendabunt bonitati, continuo nomina Iesu & Mariæ acclamantes. Executione verò iam facta corpus mandabunt sepulturę si id expedire à iudicibus, iudicatum sit, ecclesiasticas seruantes ceremonias.

QVOD

ratores & caufidicos ſtipendiarios enutri-
 unt, qui eorum ius & æquitatem examiné
 & tueantur; Chyrurgos item qui eorum in-
 firmitatibus ſuccurrere poſſint. Iudices ſin-
 gulis menſibus carceres ingrediuntur, atq;
 ibi in eminenti loco ſedentes, captiuorum
 ius inquirunt, vt ſtatim vel liberentur, vel
 ſecundum delicti qualitatem plectantur.
 D. Cyprianus hoc charitatis opus Chriſtia-
 nis neceſſarium eſſe exiſtimans, illud ſedu-
 lo amplexus eſt: Nam captiuos ſalutari-
 bus imbuebat monitis, & eos qui pro Chriſto
 in exilium relegati, vel carceribus incluſi,
 vel ad metalla damnati erant, ad paciẽtiam
 hortabatur, futurum indicans, vt hic labor
 in inenarrabilem lætitiã & in gaudium
 ſempiternum mutaretur. Animofe (in-
 quiebat) pergite, nam veſtris laborib⁹ quos
 infatigabiliter ſuſtinetis, Confratres ad
 martyrium accenditis. Quantum verò ad
 fuſtigationes quas ſuffertis, & ad vulnera
 quæ ſupportatis, mementote capitis veſtri
 qui Chriſtus eſt, qui carnificum verbera nõ
 metuit, ſed & percutienti præbendam alte-
 ram maxillam eſſe docuit omni ſpe in cru-
 cis fructu collocata. Inſuper, quid mirum
 ſi vos qui aurea vaſa eſtis portantiã theſau-
 rum fidei inter metalla conſtituamini; niſi
 forte

*Lib 3. epiſt.
 ep. 25.*

forte quod mutata sorte fodinæ illæ quæ
aurum quasi euomebant, illud recipiunt?
Pedibus vestris vincula connexerunt, sed
hæc, ijs qui Christi fidem profitentur, non
vincula, sed ornamenta sunt quibus nõ de-
decus ruunt, sed æternam gloriam acqui-
runt. Fœlices itaque pedes qui catenis vin-
cti, viâ cœli ad inuenerunt! fœlices qui mo-
do colligati æternam sibi pariunt libertatẽ
Remorentur iter vestrum quantum volue-
rint tyrannj; attamen impedire nequibunt
quo minus ad cœlestem his vinculis abso-
luti pergatis Ciuitatem. His & similibus
modis Captiuos illos solabatur Sanctus il-
le: Sed & ego summe desidero, & omnibus
votis efflagito, vt Captiuos illos qui pro fi-
dei Christianæ tuitione carcerib⁹ inter ho-
stes detinentur, commendatos habeatis.
Horreret enim animus, homines illos, eo-
rum obsequijs mancipatos ad instar bruto-
rum animalium aratra trahentes, & insup-
portabilia onera portantes, intueri. Quam
infœlices sunt, qui amissa libertate, quasi iu-
menta in foro exponuntur, viri vt eorum
obsequijs, mulieres verò eorum voluptati
subijciantur. Eorum miserimini & vestris
opibus succurrite, ab hac infœlici miseria
liberos reddentes.

Nec ij obliuioni tradendi sunt qui pro eiusdem fidei propugnatione in Hereticorum vel schismaticorum coarctantur ergastulis; non enim minor eorum est calamitas. Nam in eos dirè sæuiunt, in subterranea infectis animantibus repleta loca demittentes, vbi eorum vita continua mors potius quam vita appellanda est. Florimundus de Remond loquens de crudelitate impijssimæ Iezabelis Anglicanæ quæ in Christianos sæuebat summum spectantibus incutit horrorem. Locis inquit includebatur subterraneis in quibus cum nil esset luminis, pane corrupto saturabantur, & infecta potabantur aqua, & alibi subdit: Si illius crudelitates enarrare vellem, liber non sufficeret. tam varijs Christiani torquebantur supplicijs, quorum aliqua recenset. Primum supplicij genus, locus quidam erat subterraneus profundus & obscurus. Secundum: camera quædam erat angusta in quâ requiesdari non poterat. Tertium: equuleus. Quartum ferreus circulus qui pedes & manus, totumque corpus patiētis comprimebat. Quintum manicæ ferreæ: Sextum Catastæ, Septimum vincula. Quibus perceptis eorum miseremini eis subuenite, digni enim

*Lib. 6. Orig.
heres.*

enim sunt: Captiuitatis siquidem persecutio imputatur ad martyrium.



QVOD CHARITATI-
VI, OPIBUS ET ELEEMOSY-
NIS IMMO ETIAM SE IPSIS

Captiuos redimere debent ad Sancto-
rum quorundam imitationem.

CAPVT LVIII.

Olim summo hominibus cedebat ho- *Lib. 3. off.*
nori si suis opibus captiuos redemif-
sent. Huius testis est Cicero quem præte-
reo, vt Patriarchæ Tobix exemplum pro-
feram, de quo scriptura loquens sic ait : *ita cap. 1.*
vt omnia qua habere poterat quotidie captiuis
fratribus, qui erant ex genere eius impertiret.
Hos ergo imitamini (Confratres) quorum
feriem producere gestio.

Sanctus Eligius nullis parcebat medijs
quæ non exponeret pro redemptione cap-
tiuorum, Romanorum, Gallorum &c. sed
præcipuè Saxonum qui sibi confœderati
erant. Quod si quandoque media sufficien-
tia deerant, vsque ad cingulum omnia ven-

Ll 3 deb at

310 [CAPTIVOS REDIMERE

debat indumenta, & suo se victu fraudabat. Sanctus Chrysoſtomus omnia bona ſua vendidit, vt captiuos redimeret. D. Bernardinus accepta pecunia à duce Mediolanenſi, ad carceres ſtatim proceſſit, ex quibus captiuos ſatiſfactione data eduxit. Alphoſus X. proprijs redemit theſauris Cōſtantinopolitanum Imperatorem, ceteroſque Chriſtianos Principes quos Soldanus captiuos duxerat.

*Sur. in vit.
tom. 7.*

Prædo quidam tugurium eremite ingreſſus quæcumq; in illo erant ſuſtulit: quod aduertens vir ſanctus ſe ad vicini contulit ædes in quibus omnia ſublata reperit, verum ne fur pudore ſuffunderetur, contuit nec ablata repetijt. Is cum repetito ſæpius crimine, incarceratus eſſet, pius Pater portionem acceptam illi detulit vt eum ſolaretur. Quid de antiquorum pierate eloquar? non ſolum proprijs ſuccurrendum eſſe medijs cenſebant, ſed etiam ſacris paramentiſ existimabant.

*de Sacroſancta
Eccleſ. l. San-
cimus.*

Theodoſij conſtitutionem quæ ex ſacris codicibus elicitur audiamus. *Si neceſſitas (inquit) fuerit in redemptionem captiuorum, tunc & venditionem ſacratiffimorum, atque arcanorum vaſorum, vel veſtium, cæterorumque denariorum, quæ ad diuinam religionem neceſ-*

neceſ-

necessaria sunt, & hypothecam & pignorationes fieri concedimus. Quoniam non est absurdum animas hominum quibuscumque vasis, vel vestimentis præferri. Nicephorus refert Acatium Episcopum Amindanum, Ecclesiasticis thesauris 7000. Captiuorum redemisse. Conuocato namq; Clero sic eos allocutus fuerat. Fratres dilectissimi Dominus cyphis aureis vel argenteis, sicut nec vasis huiusmodi indiget, nam neque manducat neq; bibit: Quapropter cum Ecclesia ijs abundet, æquū est vt per ea redimantur captiui. Deogratianus Carthaginensis episcopus simile quid operat^o est. Sunt & alij qui charitate feruentiores, non solum sua, sed & se ipsos in redemptionem captiuorum donauerunt. D. Dominicus cum res omnes distribuisset, rogatus à quadam muliere vidua, vt sibi quippiam in filij captiui redemptionem largiretur, nihil habens quod dare posset, se ipsum venalem obtulit vt alteri subueniret. Licet ineffabilis Charitas Sancti Paulini Nolani episcopi omnibus nota sit, eius tamen exempla producam. Hic cum à vidua quadam rogaretur vt media ad redemptionem filij largiretur, negaretque se id præstare posse, dixit: Me sume, & mancipium tuum esse

Lib. 14. c. 22.

Greg. lib. 3.
dialog. c. 33

Ll 4 finge,

finge, dabisque me obsidem loco filij. Que
 verba, nugatoria prima facie arbitrabatur
 mulier, at ille verissima se fari asserens, vna
 cum illo perrexit in Africam, vbi recepto
 filio, Sanctus Episcop^o captiuitati reman-
 sit mancipatus. O ineffabilem amorem cha-
 ritatis! ò ardorem mirabilem, quò incensus,
 libertate contempta, vt charitatis satisfac-
 at legibus captiuitatē amplexatus est! Quid
 tibi cœterisque præmij conferetur? dicet
 proculdubio Saluator: *percipite regnum:
 captiuus eram & redemistis me.*

QVOD CAPTIVIS ET-
 IAM FREQUENTER PRECI-
 BVS AD DOMINVM FAC-
 tis succurratur.

CAPVT LIX.

Licet in hoc opere nullatenus de oratio-
 nis efficacia agere intendam, tamen,
 quantum profint orationes pro captiuorū
 educatione, atque profuerint prætereundū
 non iudicauī. Quæ igitur causa liberationis
 filiorum Israel à seruitute ægyptiaca exti-
 tit, nisi orationes? *Clamor (inquit Deus) fi-
 liorum Israel, venit ad me, vidiq̃ afflicto-*
nem

Exod. 3.

nem eorum quâ ab *Aegyptijs* opprimuntur; sed veni & mittam te ad Pharaonem ut educas populum meum &c. Quis incarcerationum Hieremiam eduxit? nonne preces Abde-
melech Eunuchi? Hic siquidem Regem Sedechiam alloquens dicebat: *Domine mi Rex, male fecerunt viri isti omnia quaecunque perpetrarunt contra Hieremiam Prophetam mittentes eum in locum ut moriatur ibi fame, non sunt enim panes ultra in Ciuitate. Illius orantis preces statim exauditæ sunt, nam, teste scriptura: Præcepit Rex Ethiopi dicens: Tolle tecum hinc triginta viros, & leua Prophe-
tam Hieremiam de lacu antequam moriatur &c. Daniel, infelicitatem suæ fortis suorumque concaptiuorum animo reuoluens, nec non peccata populi quibus iram Dei promeruerant mature considerans, oculis in cælum erectis, manibusque complofis dicebat: *Domine Deus magne & terribilis, peccauimus, inique egimus, &c. propter peccata nostra, & iniquitates patrum nostrorum Ierusalem & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum: Nunc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui & preces eius: Inclina Deus aurem tuam & audi, aperi oculos tuos & vide desolationem nostram, &c. Vix hæc elocutus erat, dum cœleste adest**

Hierem. 38.

Dan. 9.

Ll 5 auxi-


auxilium, prout ipse testatur. Cumq; adhuc loquerer & orarem & confiterer peccata mea, & peccata populi mei Israel: ecce vir gabriel quē videram in visione à principio citò volans tetigit me & docuit me &c. Nō non solum liberationem captiuitatis populi intellexit, sed etiam in mysterio hebdomadarum redemptionem totius generis humani.

*Hom: 37.
in Euang.*

Legimus in Actibus Apostolorum Coriphæum Apostolorum, Angeli ministerio fuisse è carcere eductum; sed quare? Ob Orationes quę ad Deum pro eius liberatione fundebantur. textū aduerte: *Oratio autem fiebat sine intermissione ab Ecclesia ad Deum pro eo.* Gregorius Magnus captiui cuiusdam meminit qui in exteris ductus regiones fuit. Hunc cum vxor mortuam arbitraretur, pro illius animæ refrigerio missas hebdomadales dici curauerat. Quę cum offerrentur, toties illius vincula soluebantur quoties pro eo celebrabatur.

S. Albinus & Gaugericus episcopi, cum Captiuorum quorundam liberationem à iudicibus obtinere nō potuissent per Orationem id liberrime effecerunt. Frequentissima sunt. Sanctorum similium exempla, quę imitari poterunt Charitatis studiose
oran-

orantes Dominum pro redemptione captiuorum, præcipuè eorum qui peccatorum nexibus innodati sunt, vt soluti agètes gratias dicere possint: *Dirupisti Domine vincula mea, tibi sacrificabo hostiam laudis.*



QVOD DEVS, NATV-
RA, ET SANCTI NOS AD
CAPTIVORVM MISERATIO-
nem propellant.

CAPVT LX.

PLurima sunt (confratres) quæ vos ad huius operis amplexû mouere possunt.

Primum: Deus qui à Mundi primordio captiuorû semper misertus fuit, vt frequè-
tissimis sacræ scripturæ patet testimonijs, Ioseph venundatus fuit Ismaelitis, & vt mancipium duct⁹ in Ægyptum. Ab hinc in *Genes. 39^a* carcerem proditoriè & instigante vxoris Putipharis malitia detrusus fuit. Quo cum degeret in loco: *fuit* (inquit scriptura) *Do-
minus cum Ioseph, & misertus est illius, & de-
dit illi gratiam in conspectu principis carce-
ris. Qui tradidit in manu illius vnuer-
sos vinctos qui in custodia tenebantur,
& quic-*

Et quicquid fiebat sub ipso erat: Nec nouerat aliquid cunctis ei creditis; Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.

Dan. 14.

Act. 12.

4. Reg. 22.

2. Paral. 33.

Babylonij Daniele miferant in lacum Leonum, sed Dominus obstruxit ora leonum, & misit Angelum qui Habacuc deferret in Babylonem, eripuitque eum de atroci crudelitate eorum. Petrus tenebatur in carcere, custodiebatur à militibus, attamen se à Domino liberatum fuisse fatetur. *Nescio verè quia Dominus misit Angelum suum, & eripuit me de manu Herodis &c.* Verum, obijciēt fortassis aliquis: Ij liberationem merebantur. Ioseph ob prerogatiuam castitatis quā nitebat, Daniel ob Innocentiam: Petrus ob dignitatem: Sed respondēs vobis sceleratissimum & impijssimum virum proponam, Regem nempe Manassē. Hic Prophetas trucidauit, Esaiam licet affinem medium secavit, stellas cœli adorauit, aras Baal construxit, cultum Dei euertit, denique malum egit in conspectu Domini: quid igitur præmij merebatur pro tot nefandis operibus? Dum tamen captiuus in Babylonem duceretur à Deo meruit exaudiri, libertate donatus est, & regno recepto peccatum agnouit, Deum verum confessus est, & eius mandata seruauit. Ex quib⁹ omnibus

nibus claret, quomodo Deus nos ad pietatem suo hortetur exemplo, cum ipse adeò in captiuos misericors & benignus extiterit.

Secundum quod ad huius operis amplexum promouet sunt Sanctorum virorum exempla, qui frequentissime incarceratis & captiuis opem tulerunt. D. Franciscus incarceratum virum iniustè, soluit, & libertati, ab hera rogatus eum restituit. Nemo est qui nesciat quanta D. Nicolaus erga captiuos operetur miracula. Quæ quidem omitto, quoniam experientia nos eorum quotidie certiores facit. Nobilis quidam volens domesticis suis incutere timorem, catenam ponderis immèsi ab altissima turre propendere voluit, cui, qui affixi, erant, calori solis in æstate, inclementiæque aëris in hyeme exponebantur. Die quadam vir D. Leonardo admodum deuotus, illi iniustè appensus fuit, in quâ dum adeò comprimeretur vt nequidem loqui posset, Sancti illius opem obnixè implorauit. Adfuit subito vir Sanctus in vestibus albis illumque alloquens: erige te inquit & hanc catenam in Ecclesiam nomini meo consecratam in vico Nobiliaco, defer, Nullus enim amodo illa torquebitur. Miles quidam in prælio capti-

Bon. in vit.


In legenda.

Surius in vit.

Sancti Leonard. 6. Nou.

captiuatus, & carceribus addictus donec
 multam solueret, non habens unde illi sa-
 tisfacere posset Sanctam Magdalenam pie
 inuocauit, rogans, vt quemadmodus Chri-
 stus vincula suorum diruperat peccatoru:
 ita compedes soluere dignaretur. Cum sa-
 pe id exposceret subito vincula collabun-
 tur, & liber inde egreditur.

Tertium: est ipsa natura quæ libertatem
 semper appetit: Videmus siquidem auicu-
 las aureis licet inclusæ sint ædiculis semper
 exitum & libertatem nisibus exposcere.
 Quod considerantes pagani plurimi solo
 naturæ lumine illustrati hostes captiuare
 vel crudeliter seruituti subdere noluerunt.
 Pyrrhus Rex Romanos quos captiuos ex
 prælio reduxerat sinè multa vel pretio li-
 bertati restituit: sicut etiam Alexandum fe-
 cisse legimus. Dei itaque, Sanctorum, natu-
 ræque exemplis edocti, properate ò fratres
 ad carceres, vt captiuis succurratis, &
 pristinae libertati restituatis.





QUANTAM CAPTIVITAS HOMINI PARIAT INFELICITATEM, QUANTAMQUE LIBERTAS EIDEM DONET FELICITATEM.

CAPVT LXI.

VT ergo huic operi coronidem imponam consideranda est quanta sit captiuitatis miseria, & libertatis iucunditas, quæ ex eo in primis considerari potest, q̄ Deus creato vniuerso orbe & omnibus quæ sunt in eo, hominem illis præfecit dicens: *Dominamini piscibus maris, & volatilibus cæli, & vniuersis animantibus quæ mouentur in terra,* ex quibus non hominẽ certis concludit terminis, sed liberũ secundum voluntatis suæ dispositionem aditum reliquit. Verum hæc libertas ab homine tollitur, dũ intra carceris angustias coarctatur. Quid de hac dicam miseria? *Miserius seruitute quid possumus aut dicere aut excogitare?* inquit Oratorum Princeps. Mors ipsa infelicioꝝ esse nequit, siquidem multi illam oppetierunt, ne diræ seruituti subiacerent. Saulis
 sat

Genes. 1.

l. de Nat Deor.

fat nota est historia. Nonne Carthaginenses in medijs thesauris, in media Ciuitate sese combusserunt, ne Romanorum iugo subderentur? Quod quidem faciebant, grauiorem morte æstimantes seruitutem, quæ eos quos sibi subiecerat propriæ voluntatis spoliabat effectibus, & quasi sibi ipsis mortuos, alijs viuos, reddebat. Hinc Pagani Captiuorum sicut mortuorû celebrabant exequias: quod si forruitò libertati reddebantur, non per ostia domus sed per tectum introibât, ne illis ita foret infaustus introitus sicuti fuerat exitus. Vel vt alijs quibusdam placet; in quadam veste muliebri voluebantur, & inde emittebantur quasi de nouo progeniti, vt hac noua natiuitate mortem & sordes quas in captiuitate contraxerant expiarent. Visi sunt plerique, quibus adeo carceres formidabiles erant, vt vnius noctis tempore, iuuentute quasi euoluta canescerent & decrepitæ ætati similes subita mutatione fierent. Hoc contigit in aula Caroli Quinti imperatoris in qua Nobilis quidam annos 28. natus ob defloratam Virginem carceri mancipatus, tanta fuit & mortis & pœnæ apprehensione circumdatus, vt totus cano subito cerneretur. Quod si incarcerationum vos non mouet miseria,

moue-

moueat saltem libertatis iucunditas, & præstantia. Quid gratius in tota hac vniuersi mole reperiri potest?

Non bene pro toto libertas venditur auro.

Hoc cæleste bonum præterit orbis opes.


Inquit Poëta, Quod etiam rectè Cassiodorus aduertit, dum refert edictum Theodorici ad Guidmundum de reddendis libertati, aliquod bothiæ urbibus. Bruta eandem cum homine peroptant possidere. Aues, supremas aëris scandunt regiones; pisces, fluctus diuidunt & immensa æquoris peragunt spatia hac fruente libertate: quadrupedia, syluas & campos possident, huc illucque discurrentia & in hac libertate exultantia. Ipsi Pagani, summum penè bonū in eius fruitione constituerunt: *Optimum* (inquit Laert) *inter homines libertas est.* Seneca verò, *Inestimabile bonum est, suum fieri:* sic etiam Lucanus: *Ex populis qui regna ferunt sors vltima nostra est,* Quos seruire pudet &c.

Vt igitur tanta possint scælicitate perfrui, illis redimite. ad id vos per viscera Misericordiæ Dei exhortor, nam id facientes iusticiæ opus non exiguum præstabitis, vt docet Lactantius: *Captiuorum* (inquens) *redemptio magnum ac præclarū Iustitiæ mu-*

Mm nus

nus est, quod quidem, mercedē etiam pro-
merebitur non contemnendam. Audituri
enim sunt: Venite Benedicti; Captiuus eram
& redemistis me. Contra verò, ij quib⁹ me-
dia suppetunt, nec illis opitulantur, pluto-
nicos ingrediētur carceres, vbi visione bea-
tifica in æternum priuabuntur, conscientia
verme corrodentur, infernali igne torque-
buntur, vbi stridores dentium, gemitus, la-
menta, & væ cum execrationibus continu-
is erunt. In hunc carcerem dum viuitis per
meditationem descendite vt ab illo cauea-
tis. Carcerem iure dico, in eo siquidem ob-
fcuritas perennis sine luce, & vincula super
miseros cadet quasi roris guttulæ: pluet e-
nim (vt canit psaltes Regius) super peccatores
laqueos: Ibi continuis eiulatibus clamabunt:
funes peccatorum circumplexi sunt me. Hæc
perpendite & à tantis malis vestris
Eleemosynis caute.

Psal. 10.



DE

DE SEPTI-
MO MISERICORDIÆ
OPERE QVOD EST:
mortuos sepelire.

FVnera si tumulo miserans
inhumata recondes.

Muta tuam monimenta fidem
per secla sonabunt.

Et rediuiua tuas in laudes ora
resoluent.

Quos gelido tegit atra sinu sua
pignora tellus.

Mm 2 AV-



AVTHOR QVOSDAM
GENTILIVM, IVDÆORVM
NEC NON HÆRETICORVM
confutat errores, quos in Septimum
Misericordiæ opus euome-
runt.

CAPVT LXII.

VOlens vobis sicut in clara luce, excel-
lentiam huius vltimi operis demon-
strare, necessarium est, vt quasdam errorū
nebulas expellamus, quæ eius pulchritudi-
nem & splendorem obfiscare videntur.

*Lib. de Cura
pro mort. c. 2.*

Primo confutanda est gentilium super-
stitio, qui (vt testatur D. August.) arbitra-
bantur animas beatificari non posse corpo-
ribus insepultis. Huius opinionis erat Pœ-
ta qui canit:

*Nec ripas datur horrendas, nec rauca sin-
enta.*

Æneid. 6.

*Transportare prius, quàm sedibus ossa qui-
runt.*

Adhæc fingeant animas iuxta corpora
frequenter apparere, vt viuos sui muneris
& officij redderent memores, Rumorem-
que

que spargebant aliquem mortuorum ad vitam reuocatum fuisse, qui dixerat animas anxias insepultis esse corporibus. Insuper sepulchra quædam in littore maris erigebant vacua, existimantes ijs esse proficua, quos vel tempestas, vel pisces deuorauerat. Alij terræ cumulos aggregabant, & ad instar sepulchrorum ordinabant, æstimantes se animabus hoc modo satisfacere, cū corpora reperiri non possent. Denique hanc sarculorum iniectioem sacram esse opinabantur; ideo quod solis Pontificibus supra mortuos terram proijcere primum liceret. In quo (licet superstitiosi essent) Hæreticos modernos in pietate superabant, qui mortuos suos, sine luce, sine cruce, sine prece tanquàm animalium cadauera inhumant; illegantem hanc solummodo risu & subfannatione dignam precem eloquentes: *Requiesce frater usque in diem in quâ à iudice vocaberis*, pede terram pulsantes. Verè vocabitur sed sine resurrectionis læticia. Nam veluti communi cum asinis & pecoribus vitur sepulchro; ita resurget vt infernalibus associetur cerberis & bestijs. Hæc per parenthesis & transitorie dicta sint.

Refert item Suetonius, eos credere solitos plurimos quib Ciuilia bella sepulti
In vita Caligule.

M m 3 non

non fuerant, amicis & parentibus apparuisse, & quod obliuioni dati essent fuisse conquestos. Sed quid de horum superstitione eloquar? Illudebat illis proculdubio Dæmon, ut eos in continua cæcitate infidelitatis detineret. D. Aug. horum reprimens superstitionem & eneruans errorem, sic scribit: *Quis cor Christianum inclinet his Poeticis fabulosisque figmentis, cum Dominus Christianos exhortetur, ut ne timeant eos qui occidunt corpus, & postea non habent quid faciant?* Scribit idem Doctor Martyrum animas, quorum corpora vel à feris, vel à volucris depasta sunt, non obstantibus quibuscumque similibus impedimentis fuisse beatas; Neque eam obrem vllatenus in resurrectione impediendas. Nam sepultum sit corpus necne, non ideo remorantur animæ quominus ad locum sibi destinatum properent: ad cælum si iustæ, in infernum, si peruersæ fuerint. Omitto Cannibales, qui suorum mortuorum corpora manducabant, putidissimum illis parantes sepulchrum. Damnam? similiter Infideles quosdam qui vanam & inutilem prædicarunt sepulturam (quæ doctrina atheismo redundat) parui pendentes, si vel in aquis vel in

aere,

Lib. 1. de Ci-
uit. Dei c.
12. & 13.

aere, vel in terra sepelirentur. Talis erat
 qui dicebat *facilis iactura sepulchri & ali-* *Aeneid. 6.*
us: Capit omnia tellus.

*Qua genuit, caelo regitur qui non habet
 urnam.*

Similiter & Iudæos: qui contra diuinas *Luc. 7. pharf.*
 leges, crines scindebant, carnes incide-
 bant, stigmata & figuras producebant, &
 huiusmodi aniles nugas in morte amici
 faciebant ab Ægyptijs edocti, cum tamen
 id Deus lege inhibuisset, dicens.

Super mortuo non incidetis carnes vestras, Leuit. 19.
neque figuras aliquas neque stigmata, neque
caluitium. Solebant autem ægyptij in sig-
 num luctus & mæstitiæ amico vel pa-
 rente defuncto crines euellere, hoc ex *Guenart in*
 teriori signo ostendentes se dimidium *epist.*
 cordis perdidisse. Mulieres similiter de-
 functo Marito vnguibus facies suas dila-
 cerabant, de quarum vna loquens Poëta sic
 canit:

Dilaceras crines, cælumque vlulatus im-
ples.

Mæstaque sanguineis vnguibus ora
Notas.

Infuper & sacrificatuli mortuo sacerdotē vulnera vel brachijs vel manibus faciebant, vt quoties illa cernerent, toties infletum soluerentur. Quos omnes agendi modos populo suo inhibet Dominus, quia diabolicas nouerat esse inuentiones.

Condemnamus etiam falsitatem doctrinæ Aërij hæresiarchæ, qui brutaliter docebat æqualem vbique esse sepulturam nec profanam à sancta, nec sanctam à profana vllatenus differre.

Epiph. hæres.
13.

Nec tumulum curo (inquebat) sepelit natura relictos.

Contemnit ecclesiasticam sepulturam, quæ interea occasionaliter refrigerium adfert animæ, nam fideles ea sepulchra conuoluentes, ad fundendas pro illorum animabus preces excitantur. Verum quemadmodum orationes pro defunctis factas negant esse validas: ita & cæmeteria, & sacram sepulturam, immo ipsum rident Deum; sed & Deus irridebit eos, & iustam tanti sceleris exiget pœnam.

Hos autem Sycophantas conuincamus rationibus. Anima dum corp⁹ hoc corruptibile informat; honorem illi illatum sibi etiam reputat: quid causæ ergò erit quominus anima absens à corpore, eundem honorem

norem experiatur. præcipuè cum per reuelationem id agnoscit qui corpori mortuo infertur? Secundum Doctorum scholasticorum opinionem, anima quæuis (etiam damnata) gaudet omnibus potentijs quæ illius sunt essentia *recordare filij, quia recepisti bona in vita tua*; quibus iusti consolantur, iniusti verò torquentur: Si ergo Deo id annuente anima rescire potest dedecus vel honorem qui corpori fit; quid ni propter naturalem vnionem & concordantiam, illa vel lætetur, vel patiatur? Et quod amplius est, sepultura sacra semper quasi speculum resurrectionis fuit, & firma spes quod animæ immortales denuo sint corpora suscepturæ quæ sicut in lectulo quietis reposita sunt. Quod si nulla foret resurrectio, æqualem vbiq; concederem sepulturam. Nunc autem in sacro inhumantur loco vt sciamus illa non perire, licet corrumpantur, sed in diem resurrectionis asseruari.

Verum quid de impijssimis atque sceleratis Hæreticis temporum nostrorum eloquar? Horret animus dum inauditam plusquam Barbarorum crudelitatem perpendo. Non solum in Christianos viuos desæuierunt, sed etiam in mortuos ferinam exercuere duritiem. Gallia in eos inuehitur

M m 5 sepulch-

sepulchrorum confractores qui corpora Ludouici Regis vndecimi & vxoris illius tumulis extraxerunt, vt sarcophagorū arum suis imponerent marsupijs. ò schelertam auaritam! inauditam planè crudelitatem! dilacerant mortuorum membra partim canibus partim igni ea tradentes.

Sic impiissimi vnctos Domini contriuerunt. Quid crudelitatis in D. Thomam Cantuariensem non exercuit Henricus 8. Angliæ rex, eius ossa exhumans & nequiter dissipans? ò ridiculam, futilem & inanem Regis vindictam! Sæuit in eum qui nil patitur, & quasi aerem verberat à quò recreatur. Hiscene modis eorum oblitescere putatis memoriam? spargantur aquis cineres, corpora dentur voranda feris, ossa absumat ignis, at illorū virtus quanto grauior erit vestra crudelitas, tanto laudabilius posteritati commendabitur. Nam vt canit Poëta.

Ouid. 3. de
pont.

*Corpora debentur mæstis exanguia bustis.
Effugiunt structos nomen honosque veros.*

Quarum crudelitatum vim & seriem perpendens libere effari possum, eos si liceret etiam sepulchrum Domini, rabie actos confracturos, Nonne eos Iudeis, immo & ipso


ipso Pilato sceleratiores dixerim? Ita sanè. Nam is custodiam sepulchro adhibuit, sed hi neque sepulchris, neque sepultis parcunt corporibus. Quantam ab eis tempore dato, ij qui hoc dedecore affecti sunt exquirent vltionem, siquidem adeo Infideles vel minimum sepulchris illatum dedecus puniebant.

Epiphania, Eudoxiæ Vxoris Imperatoris Heraclij filia quia inaduertenter super Matris sepulchrum conspuerat, igni adiudicata, cum Maternis ossibus rogo iniecta est. Quos ignes! quas flammæ non merentur hæretici sacrarum reliquiarum, & sepulchrorum confractores? Sed quis in quosdam Christianos non inuehatur, qui in hoc septimo Misericordiæ opere adeo tepidi sunt? Si enim opus hoc laudabile est, is qui se ab eo elongat profecto vituperabilem facit. Immo & peccatum committit, dum adsunt media & illi se non addicit charitati, notabilem enim incurrit crudelitatem. Nã etsi corpus exanime nihil patitur insepultum; tamen honore debito fraudatur: licet maximus sit qui mortuo conferri possit.

*Pomponia
in Hieric.*

Corrigendi sunt etiam abusus, quos passim in pompis funeralibus, vbi magnatum

tum ordo, tædarum affluentia, tapetum dispositio, & conuiuiorum apparatus cum summa curiositate requiruntur. *Sepultura pompa* (inquit Aug.) *magis est viuorum solatium, quàm mortuorum refrigerium.*



*Lib. de cura
pro mort.*

CONTRA EOS QUI
IMPROBOS, MAXIME VERO
HÆRETICOS INHVANT
in locis sacris.

CAPVT LXIII.

Scribendum denuo nobis contra eos qui hæreticos & notorios peruersos sacra mandant sepulturæ, nec admoniti eos extrahere volunt, quæ actio pertinax contra ius Ecclesiasticum & naturale directe & è diametro concertat, vt ex sequentibus clarebit.

Si antiquitus (vt verum est) Ecclesiasticorum & laicorum corpora diuersis in locis sepeliebantur; quid nî modo reproborum & fidelium Catholicorum sepulturæ diuersificentur? Inhibitum item erat Catecumenis exequijs fidelium interesse, potiori igitur

igitur ratione, infidelium cum fidelibus ar-
cebitur communicatio sepulturæ.

Quid ni Hæreticos è nostris euellamus
cemiterijs, siquidem ipsi Catholicorum ita
aduersantur ossibus & reliquijs? Num Re-
gum & Principum pepercere sepulchris?
Nunquid cadauera Sanctorum, tradiderunt
bestijs terræ & volucris cœli? Nunquid
summis, indulgere Pontificibus? tantum
abest, quin potius rabie sæuiori in eorum
ossa grassati sunt, illa aquis, hæc vento, ista
rogo iniicientes. Nostris ergo pariter pri-
uentur sepulchris. Nam sacra id nos docet
scriptura Nunquid Rex Iosias Prophetæ ^{3. Reg. 13.}
falsi cadauer extractum altari Idololatra-
tum imponens illud combussit & altare
subuertit? Ex quibus rectè concludit Eu-
thymius Hæreticos pariter (si sepulti sint)
extrahendos, & sepultura sancta esse pri-
uandos. ^{Niceph. 7. hist. 27}
^{4. dialog. c. 52.}
^{53. 54.}

D. Gregorius plurimorum meminit Ca-
tholicorum peruersorum quos exhumari
oportuit, ob horrendas quas emittebant
voces, quibus se ob Ecclesiasticæ sepulturæ
participationem amplius torqueri fateban-
tur, diuina eos indignos iudicante Iustitia.
Quod si id pro vitijs moralibus indicare
voluit altissimus, quanto seuerius id pro
hære-

*Orat. in Iu-
liani.*

hæresi & infidelitate quæ omnium malo-
rum caput est obseruari oportet? Grego-
rius Nazian: dicit terram ob Iniquitates &
flagitia Iuliani apostatæ trementem, eum
vt indignum expulisse, vt volucris & fe-
ris præda fieret.

Natura ipsa, nostras tuetur partes. Do-
cet siquidem quod res aliqua, quæ introitu
inhibito alteri sese immiscet rei, statim re-
pulsam patitur & inde violenter expellitur.
Quidni ergo si Catholicis Hæretici in se-
pultura violenter & iniuste commiscean-
tur, inde iuste euellantur? Ipsi hanc æquita-
tem nos docebunt pagani. Olympias Alex-
andri mater, Iolam exhumari curauit, in-
dignum eum sepultura rata, quem prodito-
rem, & filij sui suspicatum intoxicatorem
cognoscebat.

*Sanf. hist. de
Turc. 3. p. l. 3.*

Turcæ cum rescissent Persam illorum
inhumatum cemiterio, eum protinus ex-
traxerunt, & alio loco sepelierunt. Infinita
sunt quæ in medium proferre possem ex-
empla, quæ idem prætereo, quia à summis
Pontificibus & Concilijs decretum est, vt
si quis hæreticus Catholicorum cemiterio
fuerit conditus, statim extrahatur & expel-
latur. Rationes connectamus.

QVA-

*Lib. 2. contra
Donatiam.*

aduertēs, dicit Hæresim infidelitate esse abominabiliorē. Et reuera peius est Ecclesiam scindere & lacerare, quàm Idolis sacrificare. Sicut etiam meritorium magis est martyrium quod sustinetur pro hæresum oppugnatione, quam quod suffertur à nolentibus Idolis thura dare. Si ergo rei læsæ maiestatis Ciuiler communi sepultura priuantur: quid ni Hæretici qui diuinæ maiestatis rei sunt, ab illa sacra fidelium sepultura repellantur, qui tot animas ad tartara comburendas transmiserunt, & diuina ultionis æternis adiudicati sunt tormentis?

Secundo. Quia in nulla re cum fidelibus communicant & à sacramentorum participatione recesserunt, diuinisque valedixerunt mandatis. Impium igitur esset eis sepulturæ communionē præstare, qui in cæteris Ecclesiæ legibus noluerunt conuenire. Nam si Pagani corpora eorum extraherent quorum animas requie carituras existimabant ne eorum ossibus terra pollueretur; patine poterunt Christiani eorum corpora condi, quæ non ad aliū finem suscitanda cognoscunt quam ad incolatum inferni? Legibus denique ciuilibus cautum est, ne quis in ea Ciuitate inhumetur, in quâ vitam communem non duxerit: quomodo ergo

ergo poterunt Christiani eos cemiterijs, excipere, qui exules sunt ab Ecclesia, fidei inimici, & sanctarum ceremoniarum contemptores?

Tertio: Quia post mortem cum eis frequentandum non est, cum quibus in vita nulla fuit cohabitatio. Cum igitur iure diuino inhibitum sit ne vlllo modo cum hæreticis conueniamus in vita: nec post mortem similiter conueniendum est. Nulla erat frequentatio filiorum Israel cum Chanaanis, Iebusæis & Amorrhæis; sic nulla esse debet nec in vita nec post mortem Conuentio Christianorum cum Hæreticis; Luminis cum tenebris; veritatis cum mendacio, Christi cum Belial: Sanctorū cum Dæmonibus.

Quarto. Quia inhibitum est ne coram hæreticis orationes fiant, cum ipsi corporis ecclesiastici membra non sint, nec sit vlla sympathia inter Christianos & illos: Quod ex varijs conciliorum constitutionibus cōstare potest. Vbi excommunicantur qui in Hæretici præsentia vel excommunicati: preces fundere præsumpserint. Ratio est, quia illi, cum sine charitate sint (quæ tamen ita necessaria est vt sine illa reliqua nihil sint teste Apostolo) Deo etiam carēt, qui Cha-

*Laodicens. c.
73. Chartag.
4.*

Nn ritas

ritas est; quomodo igitur gratæ erunt Deo illorum preces quib⁹ Deus & diuina mandata ingrata sunt? Quod si hæc Orationum communio in vita, ita expresse inhibita est, nullo modo post mortem admitti debet. Ideoque tollenda sunt hæreticorum ossa & claustris Templis & cimiterijs, ne in eorū præsentia orent Christiani, quos in vita experti sunt aduersarios & summos inimicos fidei.

QVOD SEPELIRE
MORTVOS SIT SEPTIMUM
OPVS MISERICORDIÆ.

CAPVT LXV.

EVulsis & eradicatis superstitionib⁹ nec non hæresibus, æquum est vt splendorē huius postremi operis ostendam quo valeatis currere in semitam diuinorū mandatorum cū regio psalmista qui dicebat: *Misericordia tua ante oculos meos est.* Quod vt rectius fiat dubium aliquod soluendum est.

Dicet aliquis: Christus in Euangelio, sex operum tantum Misericordiæ meminit, ergo septimum non est. Respondeo cum Ec-
clesia-

clesiasticis Doctōribus septem esse Misericordiae opera, quorum sex Mattheus expresse refert, septimum autem eodem loco censent intelligendum. Verum tamen est hoc vltimum opus alibi lucidius commendatum esse, immo imperatum vt 4. Esdrae 8. in lib Tobiae varijs locis Genes. 3. Quid enim aliud agere voluit Dominus hanc post peccatū proferens homini sententiam; *puluis es & in puluerē reuerteris*? nisi illum ad sepulturā suę suorumq; admonere memoriam? Vnde conclude: sepulturam mortuorū op^o esse Misericordiae. Quod si denuo quaeras quare Dominus illud inter cœtera subticuerit? Respondeo. vt sua taciturnitate Iudeorum pompas in exequijs & superstitiones in quibus excellabant condemnaret. Hęc D. Chrysostratio est. Angelicus Doctor aliam subnectit dicēs, ideo solū sex Dominum meminisse, quod illa erudentiore continerent necessitatē. Alias rationes pretereo, verissimum asserens, esse opus Misericordiae; mortuos sepelire. Neque de eo dubitandū est, cū Dominus per Prophetā Regium laudet & extollat viros Iabes Galaad, quod Regem Saulem & Ionathan sepelissent, vocans hoc opus Misericordiae actionem, Quod etiā iurisperiti; asserunt.

Hom. 84. in Ioan. 1. 2.

2. Reg. 2. l. quad. 3. de Relig. & lib. si quis 14. §. 6.

Nn 2 Quod

Quod etiam rationibus & testimonijs comprobari potest.

Primo. Sacra scriptura vituperat, reprehendit, & conqueritur cōtra eos qui in hoc opere sunt negligentes: *posuerunt mortuaria seruorum tuorum, escas volatilibus callicarnes sanctorum tuorum bestijs terra. Effuderunt sanguinem eorum, tanquam aquam in circuitu Hierusalem. & non erat qui sepeliret.*

Genes. 23.

2. Reg. 2.

Tob. 12.

2. Machab. 12.

*Matth. 26.
& 27.*

Secundo probatur à laudibus quibus ornantur qui in hoc opere excelluerunt: Abraham laudatur propter humanitatē quæ cadaver mortuæ vxoris profecutus est. Dauid prædicat Misericordiam virorum labes Galead, immo & grates illis rependit: Angelus Raphael Tobia extollit, iustitiam, & in hoc opere excellentiam. Quid non honoris promeruit validissimus Machabæorum dux Iudas, pro pietate quam mortuis exhibuerat? Quas laudes non assecuti sunt in Ecclesia Nicodemus & Magdalena pro pietatis officio, quod mortuō Domino rependerunt? ex quibus facile claret, ideo his operibus scripturam laudum encomia contribuere, quia bonum & charitate plenum opus est.

Tertio. Eandem doctrinam adferunt & docent Patres. D. Dyonysius Galliarum primus

primus Episcopus sic scribit: *Si enim in anima & corpore, vitam sanctam qui defunctus est duxit, honorabile erit, cum Sancta anima quod sacris sudoribus decertavit corpus.*

D. Ambros. laudato Tobia sic scribit: *Nibil hoc officio præstantius ei conferre, qui tibi iam non possit reddere, vindicare à volatilibus, consortem nature.*

Præclara admodum sunt quæ de eadem re ab Aug. dicta sunt: *Non eodem modo, & abijcienda sunt corpora defunctorum, maximeque iustorum & fidelium. Si enim paterna vestis aut annulus, aut si quid huiusmodi, tanto charius est posteris quanto erga parentes extitit affectus, nullo modo spernenda sunt corpora quæ utique multo familiarius, & coniunctius, quam qualibet indumenta gestamus.*

Quarto. Omnis actio & operatio iusticiæ est laudabilis ergo sepultura mortuorum laudanda est. Nam Philosophi describunt triplex genus Iustitiæ. Aliud quod Deum, aliud quod viuos homines, tertium quod defunctos spectat. Hinc nos hominibus inoleuit, defunctorum exequias, *iusta* appellare, & pro exequias celebrare, dicunt iusta peragere. Idem Philosophus alio in loco dicit æquitati magis consonum esse defunctis opitulari, quàm viuis opem ferre.

Diog. Laert. lib. 3. in Plat.

Problem. 29. lect 9.7.

Nr 3 — *Quin-*

Quinto. Gonstat actionem hanc sepul-
 turæ mortuorum, laude esse dignam, cum
 illi præmia condigna promittantur. Non
 enim abs re in vltimo iudicij die iudex in-
 quisiturus est an Misericordiæ opera fuerint
 exercita, illis siquidem æternam parat re-
 muneracionē. Quid ni? Cum pagani tene-
 ant Simonidem à Castore & Polluce (quos
 in Deorū numerū assumptos arbitrantur)
 fuisse remuneratum eo quod mortui corp
 sepeliisset; ita vt eum extraxerint è domo
 quæ ruinam minabatur, quæq; statim om-
 nes inhabitates in ea, oppressit. Fabula qui-
 dem est, sed insinuans Deum, suo muneri
 non defuturum in compensatione huius
 operis Misericordiæ, sicut ex libro Esdræ
 colligi potest: *Mortuos ubi inueneris, signis
 commenda sepulchro, & dabo tibi primam ses-
 sionem in resurrectione mea.* Aut si perplacet,
 remuneracioni adaptantur fructus qui ex
 tali opere emergunt. Nam per mortui ca-
 daueris contuitum, instruitur quis de mi-
 sera mortalitatis nostræ conditione, quid-
 que de nobis deinceps futurum, sit sicque
 superbum inclinat & humiliat animum.
 A vitijs item retrahitur. Nam vt inquit Sa-
 piens: *Memorare nouissima tua, & in æternū
 non peccabis.* Insuper, videns cadauer illud
 breui

4. Esd. 2.

Eccles 7.

brevi in pulverem redigendum, fidem habet resurrectionis futuræ, & communem deflet calamitatem: *Omnes morimur & quasi aqua dilabimur super terram &c.* Quæ omnia, illi ad ementationem vitæ proficua sunt, vt illius anima salua fiat.

Sexto. Evidentissimum est hoc opus laude esse dignissimum, cum Dominus oppositum facientes minacibus terreat sententijs, inter quas hæc minima non est quam legislator proponit dicens: *fitque cadauer eorum in escam cunctis volatilibus cæli, & bestijs terræ.* Ahias, illud Ieroboam euenturum præ-nunciauit & posteritati suæ. Hoc modo punita fuit crudelissima Iezabet, quæ in agro cadauer & sanguinem Naboth reliquerat: *erunt carnes Iezabel sicut stercus super faciem terra.* Quid Regem Babylonis alloquens Dominus per Isaiam dicat aduertamus. *Tu proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis pollutus, & obuolutus cum his qui interfecti sunt gladio, & descenderunt ad fundamenta laci quasi cadauer putridum. Non habebis consortium neque cum eis in sepultura.* Volens Deus acerbè punire regē Ioachim, sic minatur: *Sepultura a smi sepelieris, putrefactus, & proiectus extra portas.* Et alibi: *Mortibus agrotationum morientur, non*

2. Reg. 14.

Deuter. 28.

3. Reg. 14.


4. Reg. 9.

Isaia 14.

Jerem. 22.
16. 36.

Nn 4 plan

*plangentur, & non sepelientur, in sterquilinis
super faciem terra erunt, & erit cadaver eorum,
in escam volatilibus caeli & bestijs terra. Im-
pijssimus ille Iason qui obstiterat quomi-
nus multi sepulturæ darentur, ipsemet se-
pultura priuatus fuit. Et iuste quidem, nam
si græci eos sepultura priuabant, qui pater-
na dissipauerant bona, iustius est, vt qui in-
sepultum hominem quem Deus ad imagi-
nem suam formauit relinquit, eodem be-
neficio spoliatur. Immo & digni sunt, qui
cum diuite epulone in inferno sepeliantur.
Constat igitur ex supra dictis, & allatis te-
stimonijs virtutis esse actum mortuorum
corpora inhumare.*



QVOD IN PRIMIS MI-
SERICORDES CVRARE DE-
BENT VT EORVM SEPVL-
tura sit Sancta & Ecclesiastica.

CAPVT LXVI.

Nemo est qui naturali instinctu impul-
sus, honestam non inquirat sepultu-
ram. Quæ sollicitudo, & cura non solum
Chri-

Christianorum pertulit animos, sed etiam infidelium. Nero cernens se inimicorum viribus circumdatum obnixè rogabat, ne caput suum inhumatum, inimicis ludibrio futurum remaneret. Ottho Imperator id ipsum similiter efflagitavit. Hector nūquid Achillem precatus est, vt post mortem corpus sepeliat, ne inhumatum præda esset volatilibus cœli, & bestijs terræ? Quod si tanta cum sollicitudine Pagani sepulturæ beneficium postularunt; quis quæso Christianorum, (maximè verò Confratrum Charitativorum) in hac re socordem se præbeat? Illud vnusquisque tritum aduertat adagium: *Charitas incipit à se ipso*. Et reuera quæ admodum illum fatuum reputamus, quæ alienæ studens saluti, propriæ obliuiscitur; sic, & incensatum iure eum vocabimus quæ alienæ prouidens sepulturæ, suæ ipsius curam non habet. Igitur ante omnia curandū vobis est, vt sepulturam Ecclesiasticam ante mortem fortiamini, in claustris Ecclesijs & alijs locis sacris, in quibus quotidie defunctorum fit memoria, prout corpora vestra merentur, illa siquidem dum vitam agerent templum fuerunt Spiritus Sancti; fuere item sacro baptismatis fonte regenerata, quæque resurgent ad gloriam, cum

Sueton.

Tacit lib. 7.

Homer.

Nn 5 ipsa

Rom. 8.

ipsa fuerint bonorum operum instrumēta
 Nonne D. Paulus id apertè præcipit? Ita pla-
 nè. Nam licet corpus hoc terrenum sit, & è
 limo terræ formatum, tamen, diuino con-
 tactu qui illud formauit consecratum est.
 Considerandus est supremus ille figulus,
 qui ex vilissima materia hominem condit
 ad imaginem & similitudinem conditoris.
 Quis eiusmodi non miretur opus? Quis
 vilissimam nõ stupeat hominis originem,
 circa quam conditor impeditur? vilissi-
 ma erant, & lutea quæ fidas fingeat, sed
 non vilipendenda. Ad hæc, honor ille ani-
 mæ debetur post mortem, quem semper in
 vita contulim? at si corpus sepultura carue-
 rit Ecclesiastica, incredibile est, quin anima
 aliquantulum saltem dedecus ob amorem
 incredibilem quò erga illud afficitur, patia-
 tur? Insuper illud aduertendū est quod Spi-
 ritus S. Per Salomonem eloquatur. *Melior
 est abortiuus, illo qui sepultura caret.* Ideoque
 Sancti Patriarçæ ad eò strenuè illi? curæ in-
 stiterunt, vt eorū corpora in ijs locis sepeli-
 rentur ex quibus vel in quibus saluator vē-
 turus erat, scientes quia per illū futura fo-
 ret resurrectio mortuorum. Ioseph ossa sua
 præcepit asportari in terram promissionis,
 Ioseph ab arimathia viuus sepulcrum sibi
 in

Ecclef. 6.

Genes. 50.

Exod. 13.

in petra exscindi curauerat, in quô diuina
 sic ordinante prouidentia saluator imposi-
 tus fuit: Nec enim par erat vt qui segregatis
 erat à peccatoribus, cum pollutis ossibus
 misceretur, ideoq; in sepulchrum nouum
 in quo nemo positus fuerat conditus est.
 Horum exempla imitantes Christiani pri-
 mitiuæ Ecclesiæ omnē adhibebant curam
 vt eorū corpora, iuxta martyrum reliquias
 conderentur, æstimâtes, ratumq; habentes
 se ab ijs auxiliū aduersus Sathanicas incur-
 siones accepturos. S. Ambros. sepulchri lo-
 cum iuxta Martyrum Geruasij & Prothasij
 monumentū elegit. Ideoq; Sancta Mater
 Ecclesia loca illa consecrat & benedicit vt
 facilius in ijs collocati, ab insultibus Satha-
 nicis protegantur. Solet enim persæpè hu-
 mani generis hostis ad decipiendos idiotas
 eorū vti corporib. Hinc D. Chrysost. loquēs
 de Dæmoniaco qui se in sepulchra mortuo-
 rum recipiebat dicit, ideo Dæmonē eum ad
 sepulchra perculisse, vt hominib⁹ suaderet,
 animas hominū post mortem in Dæmones
 trāsformari. Hanc ob causam multi Reges
 Imperatores sepulturā in Caluarix monte
 elegerunt vt de Balduino rege Hierosoli-
 mitano, & de Matre illius meliscindia vide-
 re est, quæ in valle Iosaphat iuxta sepulchrū
 B. V. voluit inhumari.

*Apud. Ambrosij
 serm. 77.*

*Chryso. hom. 29.
 in Matth.*

*Guil. de Tir de
 bello sacr.*

COA-

*Euseb. in vit:
lib. 4.*

*Florimund. de
Remond. de
Orig. heres.
lib. 6.*


Constantinus magnus in templo duodecim Apostolorum voluit sepeliri. Surius refert Ioannem Eleemosynariū viuentem sepulchrum in loco sacro sibi parasse. Maria Scotiæ regina, inter acerbissima mortis tormenta obnixe rogabat vt corpus suū ex Anglia in Galliam transferretur vt terræ catholicorum mandaretur. Eorum hac ratione retundens errorem, qui omnibus in locis æquales pro mortuis censent esse preces, & fideles æquè benè pro ijs qui extra Ecclesiasticam sepulturam inhumati sunt oraturos, sicuti si præsentem eos in Ecclesijs haberent. Certum enim est non ita futuros eos memores illorum quorū cadauera vel sepulchra sunt absentia, quemadmodum præsentium.

Quid ultra? Hæreticorum ipsorum ad hanc sollicitudinem cura vos mouere debet, illi siquidem ante annos aliquot vi, per fas & nefas, in Ecclesijs sepeliri voluerunt, suorum prædecessorum manu armata requirentes vt in ijs humarentur: Hinc tot publice emerferunt edicta, quibus inhibebatur ne, hæretici in Ecclesijs Catholicorum vlllo modo sepelirentur. Nec enim par est vt qui Catholicam ducere nolūt vitam, cum ijs post mortem commisceantur. Peiores

iores proculdubio sunt Balaam qui licet impius esset, mortem tamen iustorum mori peroptabat, at hi nec in vita, nec in morte sed in solis volunt sepulchris conformari. Desiderium Balaam salutem spectabat animæ; at horum voluntas solum spectat cadaver. Ideoque grauius à Domino punientur, vt testatur D. Gregorius, his verbis: *Quos graua peccata deprimunt, non ad absolutionem, sed ad maiorem damnationem cumulum, eorum corpora in Ecclesijs ponuntur.*

Num. 23.

In dial.



AVTHOR CORONIDEM OPERI IMPONENS HORTATUR VNVMQVEMQVE
Christianum ad hæc pietatis opera imitanda.

CAPVT VLTIMVM.

CVM Deus particularem mortuorum gesserit curam poteritne adeò indurata ceruicis homo reperiri, qui id muneris demegat defunctis quod ipsemet præstitit altissimus? Docuerat olim Deus Moysen,

v8

2. pol. cont.

Apoll.

Philon. de vit.

Moysis.

Eccles. 28.

4. Esd. 2.

Tob. 2.

3. Reg. 13.

Surius in vit.

Metaphrast in

vit. S. Bonif 3.

Iunij.

vt viui' mortuis obsequerentur vt scribit Iosephus, & vt sepulturam consecraret, honorem seruo suo Moysi exhibuit, dum ei sepulchrum elegit incognitum, & admirabili modo in monte synai sepeliuit. Honorauit item sepulchrum amici sui Prophetæ Elisæi, & ore benedicto elocutus est: *super mortuum produc lachrymas, & ne despicias sepulturam illius; & alibi: Vbi mortuos inuenis signa eos, & sepeli.*

Quis igitur id agere recuset, quod Angeli exercuerunt? Corpus siquidē Beatæ Catharinæ, sepulturæ mandarunt, & in extremo iudicij die ossa omnia colligēt, sparsoque corporum cineres accumulabunt vt vnusquisque quod suum est recipiat. Tobias, amicorum suorum non veretur iracundiam, prandium, & voluptates despicit, vt ieiunus mortuos sepeliat. Propheta quidā, virum Dei à Leone interfectū tollens suam mandauit sepulturæ. S. Eligius à Galliæ rege impetrauit vt quorumuis malefactorū corpora inhumare posset.

Bonifacius Ciuis romanus, ob stupratam Romanam Aglaam sepeliendis & colligendis martyrum corporibus addixit. Sanctus Guilhelmus Archiepiscopus & Cisterciensis Monachus, non solum quorumcumque

que corpora inhumabat, sed & indifferen-
ter quorumuis intererat exequijs. Sanctus
Odilo, repertis die quadam duobus infan-
tulis quos dira fames interemerat, veste
exutus, eos in ea sepeliri præcepit, præti-
umque sepelientibus elargitus est. Euty-
chianus Pontifex summum affecutus est
honorem eo quod trecentis & quadraginta
duobus Martyribus sepulturæ beneficium
impendisset. Ordinauerat vt Diaconi qui
sepeliendis corporibus Martyrum deputa-
ti erant rubris vterentur dalmaticis, vt hoc
pacto se ad id muneris deputatos esse o-
stenderent.

*Surius in
leg.*

Petrus Dam.

Si de mulieribus loquendum est infinita
earum exempla recensere possem. Respha
suspensos filios Saul seruauit, vt eos sepeli-
ret; id humanitatis sciens esse officium, Ma-
ria Magdalæne & aliæ emerunt aromata ad
sepulturam Dei.

Sancta Hælena omnium martyrum cor-
pora inhumabat Elizabeth velum etiã ca-
pitis ad hoc opus libèter porrigebat. Quid
plura animalia ipsa hanc nos docēt charita-
tem. Leones namq; duo ex abditissimis ere-
mi egredientes locis, terram effoderunt vt
corpus Sancti Anthonij sepeliri posset.

Si quis quædam antiquitate confecta
mo-

moriatur, illam cæteræ antequam loco cedant sepeliunt. Ælianus refert serpentem quendam viso benefactore interfecto qui eum in iuuentute nutrierat, non prius discessit, quam eundem sepulchro & iure sepulturæ honorasset. Formicæ id ipsum nos docent, quæ mortuas tollunt & inhumant.

Vade igitur ad formicam ò piger.

Hanc charitatem mortuos suis exhibent quæuis Nationes. Itaque Lector beneuolens nos ad hæc opera Misericordiæ mouens Deus, Angeli, Sancti, Homines immo Barbari Animalia bruta, Natura ipsa, & etiam ratio id exigit.

Nam quis non corporis mortui, & nudi miseratur? Inuocatur nec audit, acclamatur nec respondet, omnibus vitalibus priuatis functionibus. Nos ergo ultra cæteros inopes, ad Misericordiam prouocat. Nam famelicus, herbarum viridantium æsu refocillari potest.

Sitibundus fontis aquis sitim sedat: Nudus, arborum folijs tegere potest nuditatē; Ægrotus, & Captiuus, uisitorum excipit consolationem. Peregrinus umbraculi beneficio recreari potest: at mortuus anima priuatus omnibus his iacet frustratus medijs. Ideoq; illis potius subueniendum est.

Coro-

Coronidem itaque Sacro nostro impositurus palatio, ad ea lectorem exhortor facienda, quæ in eo viderint cum fructu contineri, vt illius ope (cuius ego auxilio adiutus ad finem per duxi) pariter & adiuti Cælum ingredi mereamur audituri in sempiternū *Beati Misericordes. Amen.*

F I N I S.

INDEX MATERIARVM QVÆ IN PRIMA PARTE CONTINENTVR.

- D**euota ad Virginem Mariam Misericordiæ Matrem supplicatio pag. 1.
 Prima ratio qua author ad huius ædificij structuram inductus fuit pag. 4.
 Secunda ratio. Institutio Confraternitatis Misericordiæ, in alma, nobilique Ciuitate Leodiensi, erectæ. Per Serenissimum Principem Ernestum Leodiensis Ecclesiæ Episcopum Pag. 8.
 Tertia ratio: est Excellentia quam præsert Eleemosyna, antecellens alias virtutes, tū ex prophetarum, cū ex Diuorum Patrum testimonio comprobata pag. 13.
 Quod Misericordia aduersus Inimicorum Carnis, Mundi Inferni, Hæreticorum, & malè loquentiū impetum muniat. Caput. 1. pag. 17.
 Oo Contra

INDEX.

- Contra eos qui censent opera Misericordiae ad salutem necessaria non esse ca. 2. pag. 24.
- Contra eos qui dicunt fidem sine operibus charitatis iustificare ca. 3. pa. 26.
- Contra Calvinum & Lutherum qui falso affirmant Hominem iustum mortaliter peccare opera Misericordiae exercendo. cap. 4. pag. 29.
- Contra plerosque Catholicos qui iniuste Principis & Confratrum charitatem damnant caput. 5. pag. 31.
- Eleemosyna est peccunia emendo paradiso propria cap. 6. pag. 31.
- Quod Eleemosyna sit efficacior satisfactio peccatorum, quam ieiunium, & Oratio. c. 7. pa. 44.
- Misericordiae Coeli vja est. ca. 8. pag. 46.
- Misericordia est scala coeli. c. 9. pag. 49.
- Misericordia est ianua empyrei coeli. capu. 10. pag. 51.
- Dominus vult nos esse Misericordes ad Imitationem Patris : Estote Misericordes, sicut & Pater vester Misericors est. ca. 11. pag. 51.
- Vtrum liceat impedire pauperes ostiatim mendicantes ca. 12. pag. 56.
- Quomodo dandum sit malo sicut & bono. cap. 13. pag. 58.
- Quod vitam pauperum nimium inuestigare charitatem laedat. c. 14. pag. 60.
- Quod oporteat iusto potius quam iniusto in aequali necessitate constituto subuenire c. 15. pa. 61.
- Vtrum Christus praecipiat pauperibus largiri eleemosynam, vel consulat. c. 16. pa. 64.
- Ad diuites vt hoc diuinum seruent consilium: esto te Misericordes c. 17. pa. 69.
- Calua quorundam diuitem excusatio, in opibus suis largiri

INDEX.

- largiri nolentium. ca. 18. pag. 73.
Quod non solum diuitibus sed etiam pauperibus
verba hæc: Estote misericordes, dicta fuerint. cap.
19. p. 82.
Vt pertrahat Deus homines ad charitatis palatium,
Beatitudinem promittit dicens: Beati Misericor-
des c. 20. pa. 86.
Felicitem hominis charitatiui in tribus causis
hoc versiculo contentis dicit consistere psaltes
Regius: Iucundus homo qui miseretur & com-
modat disponit sermones suos in iudicio, quia in
æternum non commouebitur. c. 21. pa. 91.
Consodales Charitatis, inde beati quia mala morte
non interibunt c. 22. pa. 98.
Misericordes Beati videntur propter quatuor dona
corporis glorificati quæ in hoc mortali corpore
ab ijs possideri videntur. c. 23. p. 102.
Beati sunt propter Dei promissionem qui charitatis
operibus insistant, quoniam ipsi misericordiam
consequentur. c. 24. pa. 106.
Beati Misericordes quia eorum augentur, cumulan-
turque bona, vt testatur veritas ipsa inquiring.
Centuplum accipiet c. 25. pa. 112.
Vt beatis associetur expedit vt septem conditiones
habeat eleemosinæ largitor, quæ continentur his
verbis: Ecce dimidium bonorum meorum Do-
mine do pauperibus c. 26. pag. 121.
Quod eleemosyna cum alacritate fieri debeat c. 27.
pag. 122.
Vt beatitudinem assequatur Misericors vitæ tem-
poris, opera hæc exercere deber, vt ex hoc ver-
bulo Ecce demonstratur. cap. 28. pag. 125.
Quod Eleemosyna esse debeat liberalis iuxta cuius-
que substantiam. Cap. 29. pa. 130.
Qui

I N D E X.

- Quibus bonis eleemosyna constare debeat Cap. 30.
pag. 134.
- Quod eleemosyna ex proprijs bonis largienda sit,
Cap. 31. p. 135.
- Quod eleemosyna propter Dei amorem fieri debe-
at & non per iactantiam. Cap. 32. pag. 140.
- Quomodo autoritas requiratur in dante. Cap. 33.
pag. 145.
- Eleemosynam ratione utentibus, & non brutis ani-
malibus faciendam esse, Cap. 34. pag. 141.
- Quod animæ nostræ virtutum indigenti, virtus
substantiâ sit primo subueniendum. cap. 35. pag. 142.
- Quod eleemosyna Religiosis & Dei ministris
secundario tribuenda sit. cap. 36. pag. 143.
- Quod pauperibus amicis, & parentibus ante alios
subueniendum sit. cap. 37. pag. 144.
- Quod Inimicis etiam eleemosynas conferre oportet.
cap. 38. pag. 145.
- Quod peregrinis eleemosynas deceat tribuere cap.
39. pag. 159.
- Quid quandoque magis expediat pauperibus dare
quam ecclesias exornare. cap. 40. pag. 164.
- Quomodo videndum sit quibus eleemosyna con-
feratur. cap. 41. pag. 164.
- Quod eleemosynæ largitores, viduis, Orphanis, ste-
diosisque adolescentibus, maximè subuenire de-
beant. cap. 42. pag. 166.
- Quod Otiosis & vagis discursoribus eleemosyna non
sit tribuenda. cap. 43. pag. 170.
- Vtrum eleemosyna profit animabus defunctorum
cum ex eorum intentione sit. cap. 44. pag. 175.
- Non omnes qui eleemosynam faciunt esse saluan-
dos. cap. 45. pag. 181.
- Quod Misericordes in statu gratiæ ad beatitudinis
con-

INDEX.

- consecutionem ea opera exercere debeant. ca. 46.
pag. 184.
- Cui rei inferuiant Misericordi viro pietatis opera
in mortali peccato exercita. cap. 47. pag. 189.
- Vtrum opus Misericordiae factum in peccato mor-
tali per poenitentiam subsequenter possit viui-
ficari & esse vitae aeternae meritorium. cap. 48. pa.
197.
- Quod sexui etiam foemineo conueniant verba Sal-
uatoris Beati Misericordes. pa. 202.
- Quod ij maledicti sint qui opera charitatis exercere
negligunt. cap. I. p. 208.
- Quanta sit diuitum stultitia nolentium pauperibus
dare, cum nihil secum in morte laturi sint ea. 51.
pag. 215.
- Quod etiam auari proprio auro atque argento in
medijs delicijs in inferno torqueantur cap. 52. pa.
221.

INDEX SEC VNDÆ PARTIS.

- Q**uid sit Misericordia & in quot membra diui-
datur cap. I. pa. 3.
- De primo opere Misericordiae corporalis
quod est: esurientes pascere; & quomodo de illo
opere sibi facto, Christus sit testimonium datu-
rus, his verbis: Esuriui & dedistis mihi manduca-
re cap. 2. pa. 8.
- Quod ab exemplo Christi, Angelorum, hominum,
Creaturarum irrationabilium, & ab ipsa natura
incitemur ad subueniendum famelicis cap. 3. pa.
14.

O o 3 Quod

INDEX.

Quod diuites in pauperum commiserationem ratione calamitatis, quam infert fames induci debeant c.4. pa.19.

Qualibus pœnis afficiendus sit qui famelicum saturare neglexerit c.5. pa.24.

Quibus terroribus circumcingentur gulosi dum in iudicij die saluatoris vox intonuerit Esaurii, & non dedistis mihi manducare c.6. pa.29.

Quæ præmia sit recepturus misericors tam in hac vita quàm in altera c.7. pag.33.

Quod pauperes confidentiam in diuina misericordia habere debeant ex exhortatione huius uerbi: Iacta in Deo cogitatum tuum &c. cap. 8 pag.39.

DE SECVNDO OPER MI- sericordia.

Quod hæc uerba saluatoris: sitiui & non distis mihi bibere possint spiritualiter & corporaliter intelligi c.9. p.44.

De miseria inclitorum potatorum cum in extremo iudicio Deus sitim exproprabit cap.10. pag. 49.

Quibus pœnis afficiantur qui si ti pressis laticis haustum denegauerint c.11. pa.51.

Quanta sit in siti uehementia, & quod ob eiu malum homo debeat sitienti subuenire cap. 12. pag. 55.

Quanta præmia sint recepturi ij, qui sitientibus potum dederint c.13. pag.59.

Quod aquæ haustus propter Dei amorem pauperi datus, non sit mercede cariturus cap. 14. pag. 63.

DE

INDEX.

De tertio Misericordiae opere.

Quod hæc verba Christi hospes eram & collegistis me, in iudicio extremo sint tantum dicenda ijs qui in gratia Dei mortui sunt
ca. 15. pa. 70.

Quod Christiani omnes mundum & pure Christum excipere debent in Eucharistiæ sacramento, ut audire mereantur hospes eram & collegistis me
cap. 16. pa. 74.

Quomodo Christus in hac peregrinationis valle hospites suos remunerauerit c. 17. pa. 77.

Quod hospitalitas in hac vita & in alia, a Deo competenter præmiatur c. 18. pa. 82.

Quod sub peregrinorum habitu Christus sese præbeat mortalibus persæpè excipiendum cap. 19. pag. 88.

Quæ sint supplicia passuri, qui peregrinos hospitio recipere noluerint c. 20. p. 95.

Quod supplicio præcedenti pœnam sit adiunctura confusio, quam facient pagani Christianis ob impensam hospitalitatis officia c. 21. pa. 99.

Quod vnusquisque hospitalitati studere debeat & ad pedum vsque abluionem inclinari ca. 22. pag. 105.

Quod hospitalitatis opera erga seipsum primo sint exercenda ca. 123.

DE QVARTO OPERE MISERICORDIAE.

Apostrophe ad Christum saluatorem, vbi exponuntur hæc verba nudus eram &c. c. 24. pag. 117.

O o 4

Quod

INDEX.

- Quod Deus à creatione Mundi de facto, & ex ordinatione prouiderit, vt nudi vestirentur cap. 25. pag. 122.
- Quod natura ipsa nec non Pagani solo natura lumine illustrati nos doceant vestire nudos cap. 26. pag. 127.
- Quod sancti & sanctæ qui nos suo exemplo ad nudorum vestitionem incitauerunt, in inhumanos insurrecturi sint, & cum gaudio hanc vocem audituri Nudus eram & operuistis me cap. 27. p. 130.
- Qualia præmia recepturi sint qui nudos contexerint cap. 28. pag. 139.
- Quod immisericordes omnibus spoliati vestimentis asperum frigus intensosque calores experturi sint cap. 29. pag. 145.
- Vt hæc confusiones atque supplicia vitentur monet author diuites & mundanas filias ad superfluitatum contemptum cap. 30. pa. 152.


DE QVINTO OPERE MISERICORDIÆ: Quod est infirmos visicare.

- I**N hæc verba Domini, infirmus eram & visitastis me cap. 31. pag. 161.
- Exempla quorundam sanctorum qui agrotos visitauerunt, & mercedem beatitudinis præstantur cap. 32. pag. 167.
- Quid imprimis agere debeat pius visitator erga agrotos tuum bonæ, tum malæ vitæ ca. 33. pag. 174.
- Ad excitandum contritionem in anima aegroti peccatoris, qui diu in peccatis delituit. cap. 34. 180.
- Modus reprimendi peccatorem volentem differre Pœnitentiam vsque ad mortem caput 35. pag. 186.

Cohor-


INDEX.

- Cohortatio pij visitatoris, quæ ægrotum monet ne
pœnitentiam differat vsque ad horam mortis ca.
36, pag. 190.
- Exhortatio Pij consotatoris, qua ægrotum ad Con-
fessionem faciendam admonet cap. 37. pag. 193.
- Exhortatio qua monetur ægrotus vsq̃ in hac vita sa-
tisfaciat pro peccatis cap. 38. pa. 197.
- Quod ægrotus ante mortem debeat ablata restituere
in satisfactionem peccatorum ca. 39. p. 202.
- Exhortatio ad ægrotum pro remissione iniuriarū
ante mortem cap. 40. pag. 206.
- Quod visitator ægrotum exhortari debeat ad dignā
corporis & sanguinis Christi susceptionem] c. 41.
pag. 213.
- Visitator pius debet elicere prudenter verbum ali-
quod ab ægrotō, quo exprimat se optare sacra-
mentum extremæ vnctionis ca. 42. pa. 222.
- Visitator exhortabitur ægrotum vt tempestiue te-
stamentum suum condat ca. 43. pag. 227.
- Visitator inducet infirmū (si fuerit Paterfamilias)
ad dandam instructionem & benedictionem fi-
lij & domesticis ante mortem ca. 44. pa. 236.



Oo 5 TA-

INDEX.



TABVLA MATERIARVM
praeceteris notabilium & singularium in duabus partibus sacri Misericordiae Palatii contentarum secundum ordinem Alphanumericum.

A designabit eas, quae prima parte. b. quae secunda continentur p. paginam.

A

- A**dmonitio ad diuites vt hoc diuinum preceptum siue consilium seruent estote Misericordes a. pa. 69. cap. 17.
- Aduocati erunt pauperes pro eleemosynario a. pa. 95. cap. 21.
- Ad beatitudinis consecutionem in statu gratiae eleemosyna conferenda sp. a. pa. 185. ca. 46.
- Ad quid iuuabit eleemosyna in peccato collata a. pa. 189. cap. 47.
- Agonizantes de omnibus peccatis tentantur b. p. 276. cap. 51.
- Agonizantes de incredulitate tentantur b. pag. 277. cap. 51.
- Agonizantes tentantur de impatientia. b. pag. 278. cap. 51.
- Agonizantes tentantur de pusillanimitate b. p. 279. cap. 51.
- Agonizantes dereuelationibus habendis tentantur b. pa. 279. cap. 51.
- Amici per eleemosynas acquiruntur a. pa. 95. ca. 22.
- Amor diuitiarum in morte salutem impedit b. pag. 186. cap. 35.

Ange

INDEX.

- Angelus docet panem pauperib. frangere b. p. 15. c. 3.
 Apes reuerentur sacramentum altaris b. pa. 75.
 Aqua sitientibus non deneganda b. pa. 64. c. 14.
 Aqua lustralis in morte dæmones excellit b. p. 285.
 cap. 52.
 Aqua sitientibus miraculose data b. pa. 67. c. 14.
 Aristippus quendam insignem potatorem deridet
 qui sine ebrietate plurimum se bibere gloriaba-
 tur b. pa. 49. cap. 10.
 Arma defensiva contra Sathanam in mortis Arti-
 culo b. pa. 281. ca. 52.
 Arma offensiva in morte b. pa. 281. ca. 52.
 Arsenius vidit quendam haurientem aquam in va-
 se pertuso & quæ eius significatio a pa. 185. ca. 46.
 Artaxerces aquæ semel cyphum accepit summam
 patiens sitim, nec is qui putridum propinarat po-
 tum mercede vacauit b. p. 83. ca. 14.
 Auari nihil boni operantur præterquam in morte
 a pa. 127. ca. 28.
 Auari nihil ex hoc mundo efferunt a p. 217. ca. 51.
 Auari qui ex hoc mundo sensus suos efferre puta-
 uerunt a p. 219. cap. 51.
 Auari in inferno proprio auro. atque torquetur a
 pa. 221. cap. 52.
 Auctor rationes adfert quæ eum ad hoc palatium
 erigendum induxerunt a pa. 4.
 Aydanus Episcopus visa liberabilitate Osualdi Re-
 gis exclamauit: Nunquam inueterascat hæc ma-
 nus a pa. 105. & 106. ca. 23.

B.

- B**eatitudo in duobus consistit a pa. 88. c. 20.
 Beati Misericordes a p. 86. ca. 20.
 bibere toties quot continent litteras nomina
 amicorum b. pa. 51. ca. 10.
 Bibere

INDEX.

- Bibere ad sanitatem Principum b. p. 52. c. 16.
 Bonofus magnus potator l. pa. 51. ca. 10.
- C.
- Calvinus mentitus fuit cum asseruit hominem
 mortaliter peccare opera Charitatis exercendo b.
 pag. 29. ca. 4.
 Calvinus malè loquitur de hospitalitate Mariæ &
 Marthæ b. pag. 78. ca. 17.
 Calvinus morientibus cœnam denegat b. pag. 219.
 cap. 41.
 Calorem & frigus patientur ij qui noluerint vestire
 nudos b. p. 150. cap. 29.
 Captiui ab anchore multum commendantur b. pa.
 307.
 Captiui quilibet visitandi b. p. 291. ca. 53.
 Captiuis auxilio Beatæ Mariæ virginis liberatus b.
 pa. 292. & 293. cap. 53.
 Captiui profide Catholica & voluntarie specialiter
 consolandi b. p. 296. ca. 54.
 Captiui sathanæ peccatorum vinculis obstructi sol-
 uendi & animæ in purgatorio existentium adiu-
 uandæ b. p. 299. 300. cap. 55.
 Captiuis vltra memorata opera salutaribus mentis
 & consolationibus succurrendum b. p. 305. cap. 57.
 Captiuis per pecunias subueniendum b. p. 300. & 311.
 cap. 58.
 Captiui a sanctis pro eorum redemptione se offe-
 rentibus libera b. p. 311. ca. 58.
 Captiui ex bonis ecclesiæ redempti b. p. 311. ca. 58.
 Captiui per orationes & preces liberati b. p. 313. c. 59.
 Captiui deum adiutorem habent b. p. 35. & cap. 60.
 Captiui a multis sanctis aduerti b. p. 314. ca. 59.
 Captiui in Anglia quam malè tractati b. p. 308. c. 57.
 Catholici cum hæreticis non sepeliendi b. pap. 332.
 cap. 63. Cha.

INDEX.

- Charitas est porta cœli a pa. ca. 9.
 Charitas ædificat palatia in cœlo a pa. 7. ratione a.
 Charitas ab homine iusto exercita non est peccatum mortale contra Calvinum & Lutherum a p. 29. & sequenti cap. 4.
 Charitas est pecunia emendo paradiso propria a p. 38.
 Charitas auro comparata l a p. 39. c. 6.
 Charitas est efficacior satisfactio peccatorum quã ieiunium & oratio a p. 42. et seq. ca. 7.
 Charitas est via cœli a pa. 46, cap. 8.
 Charitas est scala cœli a pe. 49. ca. 9.
 Charitas & sibimet ipsi primo impendenda a p. 150. & seq. ca. 35.
 Charitas omnibus virtutibus excellentior a pag 16, ratione 3.
 Charitas est summa a totius disciplinæ Christianæ a pa. 16. ratione 3.
 Charitas naui inter vndat fluctuanti similis est a p. 13. ratione 3.
 Charitas igni assimilatur a pa. 14. ratione 3.
 Charitas iustitia appellatur a p. 14. ratione 3.
 Charitas hominem ad Deum accedere facit a pa. 16. ratione 3.
 Charitas Dei propria virtus est a pa. 16. ratione 3.
 Charitas castitati præfertur a p. 15. ratione 3.
 Charitas contra omnes hostes munita pag. 17. & 18. cap. primo.
 Charitas mundum carnem Diabolum infernum & peccatum vincit a pa. 17. 18. 19. ca. 1.
 Charitativus homo pauperibus parvus Deus est a pa. 54. cap. 11.
 Charitatiui omnes non saluantur a p. 182. ca. 45.
 Charitatiui mala morte non interibunt. a pag. 98. cap. 22.

Cha-

INDEX.

- Charitatiui admissi in templum Deæ Misericordiæ
a pa. 52. ca. 10.
- Cereus benedictus in morte spiritus malignos abigit
6. pa. 284. cap. 52.
- Ciconia Patrem suum in senectute nutrit a pag. 156.
cap. 37.
- Cilicium benedictum olim super morituros ponebatur
b. pag. 283. cap. 52.
- Communio tempestiue infirmo danda b. pa. 213 &
214. cap. 4.
- Communio in morte Dæmones abigit b. pag. 216.
cap. 41.
- Compatriotis qui in ergastulis reclusi sunt subueniendum
b. pa. 293. ca. 53.
- Confessarius prudens vnam animam lucratur b. p.
270. & seq. ca. 49.
- Confraternitas misericordiæ laudabiliter leodij erigitur
per Ernestum Bauarum a pa. 8. & sequenti inrer secundam
& tertiam rationem.
- Contra hostes nudi dimicare debemus b. pa. 117.
& 118. cap. 24.
- Corui pauperibus velut Annomarij sunt b. pag. 17.
cap. 3.
- Crux nocet sathanæ & eum a moriente abigit b. pa.
281. ca. 52.
- Crassus cogitur aurum fusum deglutire a pag. 22.
cap. 52.
- D.
- D**andum potius iustis quam egenis ap. 61. &
sequenti ca. 15.
- Darius Rex siti pressus summa cum voluptate
aquam foetentem & turbulentam epotauit a p.
63. cap. 14.
- Dauid fame tabescentem seruum hostis sui pane
focillauit a p. 158. ca. 38.
- Date

INDEX

- Date & dabitur vobis a p. 118. ca. 25.
 Debitores pauperes incarcerati liberandi b. p. 294.
 c. 43. Delphinus eo magis exultat quo mare feuius
 vndis auatitur b. p. 177. ca. 33.
 Desperatio morientium b. p. 261. ca. 48.
 Deus verax est a p. 25. ca. 2.
 Deus veritas est a p. 25. c. 2.
 Deuota ad Virginem Mariam misericordiae Matrē
 supplicatio a p. 1.
 Dionysius Tyrannus homines siti perimi iubebat
 b. p. 57. & 58. cap. 12.
 Dionysius Areopagita a Christo corpus Domini-
 cum suscepit. b. p. 218. ca. 41.
 Diogenes cyphos plenos vino sub mensa proijcie-
 bat b. p. 50. ca. 10.
 Diotymus cum infundibulo bibebat b. pa. 50. & 51.
 cap. 10.
 Diuitiæ qualiter iniquæ a p. 97. ca. 21.
 Diuites monentur vt misereantur egenorum a. pa.
 179. cap. 44.
 Diuites mumentur vt seruent illud præceptum siue
 consilium estote misericordes a p. 69. & sequenti
 cap. 17.
 Diuites inopibus sua largiri nolentes caluas excu-
 sationes prætendunt. a p. 73. 74. & seq. ca. 18.
 Diuites non videntur satisfacere obligationi quam
 habent de Eleemosyna facienda a p. 133. c. 29.
 Domicellæ sunt etiam beatæ quæ sunt eleemosyna-
 riæ a p. 203. & seq. ca. 49.
 Dotes corporis glorificati in hoc mundo charitati-
 uis collatæ a p. 103. ca. 23.

E.

E Gestas multorum est causa malorum a pag. 180.
 cap. 44.

Elec-

INDEX.

- Eleemosyna ignem inferni ex tinguat a p. 101. c. 22.
 Eleemosyna sine timore iudici respondebit a p. 99.
 cap. 21.
 Eleemosyna inutilis sine charitate a p. 182. cap. 45.
 Eleemosyna extra gratiam collata a Diabolo sub
 sanatur a p. 184. ca. 45.
 Eleemosyna secundus Bapismus est a p. 101. ca. 22.
 Eleemosyna in hoc mundo & in altero centuplum
 sumit incrementum a p. 125. cap. 25.
 Eleemosyna grano in terram proiecto assimilatur
 p. 119. & 120. ca. 25.
 Eleemosyna cum alacritate fieri debet a p. 122. c. 27.
 Eleemosyna debet esse voluntaria a p. 123. c. 27.
 Eleemosyna cito facienda a p. 124. c. 27.
 Eleemosyna lucernæ assimilatur a p. 128. ca. 28.
 Eleemosyna debet esse liberalis a p. 130. ca. 29.
 Eleemosyna debet esse ampla iuxta cuiusque sub
 stantiam a p. 130. ca. 29.
 Eleemosyna nimis parca reprehenditur a p. 131. cap.
 29.
 Eleemosyna debet esse sufficiens a p. 132. ca. 29.
 Eleemosynæ sufficientia ex conditione, affectu &
 medijs donantis pensatur a p. 132. ca. 29.
 Eleemosyna defunctos adiuuat a p. 175. & 176. c. 44.
 Eleemosyna propter merum Dei amorem fieri debet
 a p. 140. cap. 32.
 Eleemosyna secreto facienda a p. 141. ca. 32.
 Eleemosyna in publico quandoque facienda a pag.
 143. cap. 32.
 Eleemosyna ratione utentibus & non brutis anima
 libus largienda a p. 148. ca. 34.
 Eleemosynæ subsidium sibi ipsi primo tribuendum
 a p. 150. cap. 35.
 Eleemosyna de rebus sacris Deo data a p. 162. c. 40.
 Eleemosyna bene merentibus dari debet a p. 165.
 cap. 41. Elec-

INDEX.

- Eleemosyna cum nimis curiosa vitæ pauperum in-
 quisiitione non faciendâ est a p. 165. c. 41.
 Eleemosyna palatia in cœlis ædificat a pag. 7. ratio-
 ne 1.
 Eleemosyna virtutum princeps a p. 13. ratione 3.
 Eleemosyna nauis & igni comparatur a p. 13. ratio 3.
 Eleemosyna iustitia appellatur a p. 14. ratione 3.
 Eleemosyna homines Deo facit vicinos a pag. 14.
 ratione 3
 Eleemosyna mundum vniuersum ad se allicit a pa.
 14. ratione 3.
 Eleemosyna Castitati præfertur a p. 15. ratione. 3.
 Eleemosyna est summa disciplinæ Christianæ a pa.
 16. ratione 3.
 Eleemosyna Dei propria virtus est a p. 16. ratio. 3.
 Eleemosyna contra omnes hostes munita a pag. 18.
 cap. 1.
 Eleemosyna mundum, carnem, Diabolum infernũ
 & peccatum superat a p. 18, 19. & 20. cap. 1.
 Eleemosyna ab homine iusto facta non est pecca-
 tum contra blasphemias Caluini & Lutheri a p.
 29. ca. 4.
 Eleemosyna est pecunia emendo paradiso propria
 a p. 38. ca. 6.
 Eleemosyna efficacior satisfactio peccatorum, est
 quam ieiunium & oratio a p. 42. ca. 7.
 Eleemosyna cœli via est a p. 46. ca. 8.
 Eleemosyna est scala cœli a p. 49. ca. 9.
 Eleemosyna empyrei est ianua cœli a p. 51. ca. 10.
 Eleemosyna de rebus superfluis danda a p. 69. c. 17.
 Eleemosyna malis sicut & bonis danda a p. 58. c. 13.
 Eleemosynæ ante mortem faciendæ a 125. 126. c. 28.
 Eleemosyna exproprijs bonis largienda est a p. 136.
 cap. 31.
 Eleemosynam velle tribuere non caret magno me-
 Pp rito

I N D E X.

rito a p. 83. cap.	19.
Eleemosynam de alienis bonis facere quale peccatum sit a p. 136. 137. 138. c.	31.
Eleemosynam facere vt exinde sumatur occasio male agendi non oportet a p. 141. & seq. c.	32.
Eleemosynam nequaquam largiri potest qui sui iuris non est, emancipatus & qui sub cura actorum & parentum agit a p. 146. ca.	33.
Eleemosyna Religiosis & Dei ministris ante alios tribuenda a p. 152. cap.	35.
Eleemosynam parentibus & amicis pauperibus ante alios tribuere oportet a p. 154. ca.	37.
Eleemosyna inimicis conferenda a p. 158. c.	38.
Eleemosynam extraneis, decet tribuere a 159. & 160. cap.	39.
Eleemosyna quandoque pauperibus potius quam Ecclesijs conferenda a p. 162. 163. 164. c.	40.
Eleemosynam iustis potius quam iniustis tribuere conuenit a p. 61. ca.	15.
Eleemosyna viduis, orphanis studiosisque adolescentibus tribuenda a p. 166. & 167. & 168. ca.	42.
Eleemosyna vagis, discursoribus & otiosis nequaquam tribuenda a p. 170. & 171. c.	43.
Eleemosynam largiri, dumtaxat concedere est a p. 92. ca.	21.
Eleemosynarius pauperibus paruus Deus est a p. 54. cap.	11.
Eleemosynarius secundum Dauidem tribus de causis beatus est a p. 91. 92. 93. 94. c.	21.
Eleemosynarius in æternum non commouebitur a p. 94. ca.	21.
Eleemosynarium bona opera concomitantur a p. 96. c.	21.
Eleemosynarius mala morte non interibit a p. 98. & 99. cap.	22.
	Elec-

INDEX.

19. Eleemosynarius in hoc mundo quatuor dona cor-
poris glorificati videtur possidere a p. 103. c. 23.
31. Eleemosynarius admissus in templum a Deæ Mife-
ricordiæ a p. 51. & 52. ca. 10.
32. Eleemosyna in gratia facta 4. habet prærogatiuas a
p. 189. c. 46.
33. Epaminondas depositis vestimentis contra hostes
dimicat b. p. 118. ca. 24.
34. Eridico magno eleemosynario diuina datur promif-
sio nihil & vnquam defuturum a p. 76. & 80. c. 18.
35. Ernestus Episcopus Leodiensis confraternitatem
Misericordiæ Leodij erigit, cuius etiam authori-
tate anno 1602. publicatur a pa. 13.
36. & 160. Errores Gentilium quantum ad sepulturam b. pag.
325. 126. ca. 62.
37. Errores Iudæorum circa sepulturam b. p. 327. ca. 62.
38. Errores Hæreticorum quantum ad sepulturam b. p.
328. & 329. 330. ca. 62.
39. Errores Catholicorum quantum ad sepulturam b.
p. 331. ca. 62.
40. Euagrius asserit se centuplum in alio sæculo rece-
pisse a p. 113. & 114. c. 25.
41. Euangelium legendum super infirmos b. p. 174. cap.
33.
42. Eucharistiã olim peregrini in via portabant b. pag.
217. cap. 41.
43. Euphemianus tres mensas singulis diebus pro pau-
peribus sternebat a p. 168. ca. 42.
44. Eustochium matri infirmitate grauatae magnam
valde exhibuit charitatem b. p. 171. ca. 32.
45. Excommunicati quatuor de causis in terra sancta
non sepeliendi b. p. 335. & 336. & 337. cap. 64. ad in-
firmum probæ spectataeque vitæ exhortatio in
magna afflictione constitutum b. p. 175. & 176.
177. ca. 33.

INDEX.

- Exhortatio ad infirmum impiū grauit̄ afflictum
b. p. 178. 179. & 180. c. 33.
- Exhortatio ad excitandum in anima ægroti peccatoris contritionem b. p. 180. 181. 182. ca. 34.
- Exhortatio ad infirmum peccatorem iam contritum b. p. 184. 185. ca. 34.
- Exhortatio ad ægrotum impænitentem b. pa. 185. & 186. ca. 34.
- Exorcismi a morientibus dæmones abigunt b. pag. 281. ca. 35.
- Exuperius sacra vasa in vsum pauperum & in famelicorum sustentationem confringebat a pa. 160. cap. 40.
- F.
- F**ames damnatorum grande supplicium b. pa. 27. ca. 36.
- Fames in mundum mittitur ratione peccatorum b. pa. 25. cap. 36.
- Fames torquebit eos qui famelicis subuenire neglexerint b. p. 25. c. 36.
- Fames malum crudelissimum est b. p. 191. & 20. ca. 36.
- Fames auersa b. p. 20. & 21. 36.
- Fides sine charitate non iustificat quenquam a pag. 26. ca. 37.
- Filiæ mundanę ijs quibus gaudent ornamentis spoliabuntur nisi sua copia pauperibus subueniant b. pa. 156. ca. 30.
- Filia quædam matrem carceri mancipatam lacte suo nutriuit, & vna alia patri captiuo & fame morienti sugenda porrexerit vbera b. p. 292. c. 57.
- Franciscus Xauerius de infirmis valde sollicitus b. p. 170. ca. 32.
- Frigus intensosque calores experientur qui nudos vestire neglexerint b. p. 145. 146. ca. 29.

Galli-

INDEX.

G.

GAELICANUS Martir infirmorum cura se dedit b. p. 170. ca. 32.

Geta per tres dies continuos mensæ affidebat b. pa. 41. ca. 6.

Gillias vna die quingentos viros vestibus nouis induit.

Goardus septennem subiit pœnitentiam pro peccatis Episcopi cuiusdam Treuirensis b. p. 202. ca. 38.

H.

HÆRETICI quatuor de causis in terra sancta non possunt sepeliri c. 63. b. p. 335. 336. 337. c. 64.

Hæretici cum fidelibus sepeliendi non sunt b. p. 335. 336. ca. 64.

Hæretici criminis læsæ maiestatis diuinæ rei sunt b. p. 335. ca. 64.

Hæretici a communione Ecclesiæ seclusi sunt b. pa. 336. ca. 64.

Hæretici cum ijs communicare non debent, quodum viuerent abominabiles habuerunt b. p. 337. cap. 64.

Hatto erga pauperes crudelissimus a p. 212. ca. 50.

Helio gabalus in conuiujs profusus b. p. 29. c. 6.

Homines iusti opera charitatis exercentes non peccant contra Caluinum & Lutherum a p. 29. 29.

Hospitalitas in primitiua Ecclesia inter Christianos commendatissima b. p. 72. & 73. ca. 15.

Hospitalitas optimè a Christo dum viueret remunerata b. p. 77. & 78. c. 17.

Hospitalitas in hac vita & in alia competenter præmialitur b. p. 82. c. 18.

Hospitalitas sepè per præsentiam Christi & Angelorum compensata b. p. 93. c. 19.

Hospitalitatem summo opere coluere pagani b. p. 99. & 100. ca. 21.

Pp 3. Hospi.

Hiicum
 c. 33.
 peccat
 ca. 34.
 conti
 ca. 34.
 a. 186. &
 34.
 b. p. 29.
 52.
 ni fame
 pa. 16.
 40.
 pa. 26.
 orum
 ce neg
 5.
 co. ca.
 a pag
 3.
 is spo
 iant b.
 30.
 n lacte
 fame
 57.
 ritus b.
 32.
 nudos
 29.
 Galli

INDEX.

Hospitalitatis opera erga se ipsum primo exercenda
 b.p.113.114.c. 23.
 Hospitia a multis viris sanctis erecta b.p.72. ca. 15.
 Hospites ingrati seucere puniti b.p. 104.
 Hospites peregrinis debet lauare pedes bp.,108.c.23.
 Hospes eram & collegiſtis me p.70. cap. 15.

I.

Ieiunium non est tam efficax satisfactio pro peccatis
 quam Eleemosyna a p.42.& 43.ca. 7.
 Iesu potens nomen in morte daemones abigit b. pa.
 283.& 284. cap. 3.
 Iesus est primus lapis aedificij charitatis a. pag. 4.
 ratione prima.
 Ignatius Loyola erga infirmos valde charitativus
 b. pag.170. cap. 3.
 Imagines spoliatae ad vestiendos nudos a pag. 160.
 cap. 43.
 Impedimenta salutis in morte b. pa.186.187.188.189.
 190. cap. 35.
 Indulgentiae concessae ijs qui altaris sacramentum
 comitantur dum ad infirmum defertur b.p.217.c.4.
 In eleemosynam non distribuendum omnimodam
 substantiam a pa.133. cap. 25.
 Infernaliu poenaru apprehensio in morte difficili
 poenitentiam reddit b.p.188. cap. 3.
 Infernus per misericordiam debellatur a p.19. ca. 1.
 Infideles arduum nihil, nullum momentaneum aggre-
 diebatur, nisi si dijs (quos immortales arbitraban-
 tur) litatur esset a. pa. prima.
 Infirmus eram & visitastis me b.p.161. cap. 31.
 Infirmus tempore iuè testamentum suum debet con-
 dere b.p.227. cap. 43.
 Infirmus ante mortem instructionem & benedicti-
 onem filijs & domesticis dabit b.p.236. cap. 44.
 Infirmus monetur ne poenitentiam differat vsque
 ad

INDEX

ad horam mortis b.p. 190. 191. 192. cap.	136.
Infirmus peccator per visitatorem ad contitionem adductus b.p. 184. cap.	34.
Infirmus impius cur ægritudine afflictus b.p. 178. cap.	33.
Infirmus pius cur morbis afflictus b. p. 175. 176. 177. cap.	33.
Infirmum peccatorē hortatur pius visitator ne peccati nitentiam differat vsq; ad horam mortis b.p. 190. 191. cap.	36.
Infirmus monetur vt confessionem ante mortem faciat b.p. 193. cap.	37.
Infirmus vere contritus nequaquam peccata sua celare potest b.p. 196. cap.	37.
Infirmus a consolatore piò monetur vt in hac vita satisfaciat pro peccatis b. p. 197. & 198. cap.	38.
Infirmus ante mortem debet ablata restituere b.p. 202. 203. cap.	39.
Infirmus aute mortem iniurias remittere debet b.p. 206. cap.	40.
Infirmus ante obitum corpus & sanguinem Christi digne suscipere debet b.p. 213. 414. cap.	41.
Infirmus debet extremam vnctionem postulare b. pag. 222. 223. cap.	42.
Infirmus quidam extremam vnctionem recusans grauiter in purgatorio torquetur b.p. 225. c.	42.
Infirmus qui extremam vnctionem suscepit secum habet Deum Beatam Virginem Mariam & bea- tos angelos b.p. 226. cap.	42.
Infirmus fuit Christus in persona propria & in membris suis b.p. 163. 164. cap.	31.
Infirmi a multis sanctis adiuti b.p. 168. cap.	32.
Infirmus sanctorum virorum exemplo fiducialiter animam suam Deo commendare debet b. pag. 252. 253. cap.	46.
Infir-	

INDEX.

- Infirmus in articulo mortis ob spirituum malignorum visiones turbari non debet b.p. 246. 247. c. 43.
- Infirmi post expiata per contritionem peccata sanati b. p. 178. 179. ca. 33.
- Infirmos dæmon violenter oppetit antequam ex hoc mundo discedant b. p. 255. c. 47.
- Infirmus de desperatione tentatur b. p. 260. 261. c. 48.
- Infirmus de sua salute diffidens qua via a pio visitatore consolabitur b. p. 267. 268. c. 49.
- Infirmus in desperationem lapsus per præsentiam corporis Christi liberatus fuit b. p. 271. c. 49.
- Infirmus de præsumptione tentatur b. pa. 272. 273. cap. 50.
- Infirmus de omnibus peccatis tentatur b. p. 176. 177. cap. 51.
- Infirmus recitare debet octo versus Diui Bernardi vt animam suam Deo commendet b. p. 288. ca. 52.
- Infirmus ad mortem tendens preces ad Deum fundet b. p. 288. ca. 52.
- Infirmitas vitam mutare facit b. p. 178. c. 33.
- Infirmitates per sanctum oleum curatæ b. p. 224. ca. 42.
- Insignes potatores b. p. 49. 50. c. 10.
- Institutio confraternitatis Misericordiæ in vrbis Leodiens. a. p. 8.
- Ioannes Eleemosynarius liberalissimus a pa. 118. ca. 25.
- Iosias ossa falsi prophætæ è terra effodi iussit b. pag. 333. ca. 63.
- Irisus insignis potator qui apud Aristippum se plurimum sine ebrietate bibere iactitabat b. pag. 49. cap. 10.
- Iulianus apostata a Diuo Mercurio Martire interceptus fuit a p. 186. c. 46.
- Iusti morbis afflicti & quare b. p. 175. 176. c. 33.
- Lace-

INDEX.

L.

- L**acedæmonij peccata confessa puniebant b. pag. 198. ca. 38.
- Lacrimæ magnæ sunt efficaciæ b. 182. ca. 34.
- Libertas magni æstimatur b. p. 321. c. 62.
- Lucifer nūquam poterit satisfacere pro vinico peccato mortali b. p. 200. c. 38.
- Lucianus in carcere positus pane benedicto se refecit b. p. 218. c. 41.
- Lutherus mētitus est asserens iustos mortaliter peccare opera Misericordiæ exercendo a p. 29. & c. 4.

M.

- M**agnum infortunium captiuitas b. p. 519. c. 61.
- Manus pauperis est Christi gazophilacium b. p. 12. ca. 2.
- Manus Eleemosynarij per Eleemosynam non potest putrescere a p. 146. c. 23.
- Marcellus Abbas magnus Eleemosynarius a p. 117. 118. c. 25.
- Medallia benedicta in morte dæmones expellunt b. 283. ca. 52.
- Medici prius saluti consulere debent quam corpori b. p. 179. c. 33.
- Meta Episcopus hostes suos cibore focillat a p. 158. cap. 38.
- Mercurius Iulianum apostatam interfecit a p. 186. cap. 46.
- Ministri Anglicani suos communicant ægrotos quacunque hostia b. p. 219. ca. 41.
- Misericordia diffinitur b. p. 4. ca. 1.
- Misericordia corporalis in septem opera diuiditur b. p. 9. ca. 1.
- Misericordia spiritualis in multis superat corporalem b. p. 9. c. 1.
- Misericordia palatia in cœlis ædificat a p. 7. ratione prima. P p 5. Mi.

INDEX.

Misericordia virtutum princeps est a p. 13. ratione	3.
Misericordia naui & igni assimilatur a p. 13. ratio.	3.
Misericordia iustitia appellatur a p. 14. ratione.	3.
Misericordia homines ad Deum quam proximè accedere facit a p. 14. ratione	3.
Misericordia virginitati præfertur a p. 15. ratione	3.
Misericordia Dei propria virtus est a p. 16. ratione	3.
Misericordia contra omnes hostes munita a pag. 18. cap.	primo.
Misericordia mundum, carnem, Diabolum, infernum & peccatum debellat a p. 16. 17. 18. ca.	1.
Misericordia ad salutem necessaria a p. 22. c.	2.
Misericordia ab homine iusto facta, non est peccatum mortale contra blasphemias Caluini & Lutheri a p. 29. & 30. c.	4.
Misericordia est pecunia emendo paradiso propria a p. 38. ca.	6.
Misericordia auro assimilatur a p. 39. ca.	6.
Misericordia cœli via est a p. 46. ca.	8.
Misericordia est scala cœli p. 49. ca.	9.
Misericordia est ianua cœli a p. 51. & 52. ca.	10.
Misericordia Dei in omnes diffunditur homines a p. 63. ca.	15.
Misericordia sibi ipsi primò impendenda a p. 150. & 151. ca.	35.
Misericordia tanquam Dea templum habebat a p. 36. ca.	5.
Misericordiæ opera in statu peccati mortalis facta diuinam iustitiam ad tempus impediunt a p. 193. cap.	47.
Misericordiæ opera in statu gratiæ ad beatitudinis consecutionem facienda a p. 184. 185. c.	46.
Misericordes ad templū Deæ Misericordiæ admissi a p. 52. ca.	10.
Misericordes non omnes saluandos esse a p. 181. 182. ca. 45.	Mise-

INDEX.

Misericordes sunt beati a 86. & seq. ca.	20.
Misericordes beati videntur propter quatuor dona corporis glorificati, quæ in hoc mortali corpore ab ijs possideri videntur a p. 103. ca.	23.
Misericordibus misericordia promittitur a p. 106. & 107. cap.	24.
Moneta in os morientium infusa a p. 39. ca.	6.
Moniales quæ mundum abnegant tota vita sua sunt veræ eleemosynariæ a p. 207. ca.	49.
Morientes signo crucis munti b. p. 282. ca.	52.
Morientes de vniuersis peccatis tentantur b. p. 275. & 276. c.	51.
Mortis timor infirmi salutem impedita p. 189. ca.	35.
Mortui per eleemosynas adiuti a p. 178. ca.	44.
Mortuos sepelire est septimum opus Misericordiæ corporalis b. p. 339. ca.	65.
Mortuos sepelire iustitiæ actus est maxime laudabilis b. p. 341. ca.	65.
Mundanæ filia meritis derisæ b. p. 120. ca.	24.
Mundus per misericordiam debellatur a pagin. 16. cap.	1.
Mydas vniuersa quæ tangebatur in lucrum conuertebatur a p. 115. ca.	25.
Mydas præ fame insanit b. p. 26. c.	5.
N.	
Natura ad subueniendum pauperibus nos inuitat b. p. 18. c.	3.
Nero obnixè rogabat, vt caput suum inhumaretur b. p. 345. ca.	66.
Nicomedes ad sanctam Petronillam morti vicinam communionem detulit b. p.	218.
Nudi a Deo in ipso mundi exordio cooperti b. p. 125. cap.	25.
Nudi a multis magnis viris vestiti b. pag. 130. cap.	27.

Nudi

INDEX.

- Nudi prout natura docet vestiendi b.p.127.ca. 26.
 Nuditas grandis miseria est b. p.158.c. 30.
 Nudi contra hostes dimicare debemus b.p.119.c.24.
 Nudus sæpe velut pauper Christus apparuit b.p.121.
 cap. 24.
 Nudus Christus multis de causis b.p.117.c. 24.
- O.
- O**dilo Abbas iniurijs laceffitus quia multas eleemosynas fecerat a p.32.ca. 5.
 Oliua Misericordiæ & charitatis symbolum a p.34.
 cap. 5.
 Olympias Iolam exhumari iussit.b.p.334.c. 64.
 Opera charitatis propter vnicum duntaxat peccatum mortale merito suo priuantur a p. 187. c. 46.
 Opera Misericordiæ ad salutem sunt necessaria a. p. 21, cap. 2.
 Opera charitatis eleemosynarium in alio mundo subsequenter a p.96. c. 21.
 Opera Misericordiæ in præsentī vita faciendā a pa. 125.ca. 28.
 Opera Misericordiæ solet concomitari superbia a. pa.186 & 187.c. 46.
 Opera Misericordiæ in statu peccati mortalis exercita bona temporalia impetrant a p.190.c. 47.
 Opera bona, & pia, profunt vt Angelus custos nobiscum maneat a p.194. c. 47.
 Opera Misericordiæ in peccato facta Adiuuant nos & muniunt contra aduersariorum insultus a pa. 194.ca. 47.
 Opera bona facta in peccato ad gratiæ receptionem disponunt a p.195 c. 47.
 Opera bona in peccato facta ocium impediunt a p. 193.ca. 47.
 Opera bona per peccatum mortale mortua per gratiam superuenientem viuificantur a p.199. & 200. ca. 48. Ora.

INDEX.

26.	Oratio non est tam efficax satisfactio pro peccatis quàm eleemosyna a p. 42. c.	7.
30.	Orationes super infirmum dicendæ a b. p. 174. ca. 33.	
c. 24.	Orationes in morte dæmones expellunt b. p. 286. c.	
121.		
24.	52.	
24.	Oratus communicavit in morte sanctum Ambro- sium b. p. 218. c.	41.
elec	Opera charitatis solet concomitari superbia a p. 186.	
5.	187. ca.	46.
34.	Orphanis per eleemosynas subueniendum a p. 167.	
5.	cap.	42.
64.	Orphani neglecti multorum causa malorum a pag.	
cca-	169. ca.	42.
46-	Osiualdus rex dedit pauperibus exquisita cibaria quæ sibi apposita erant in ferculis aureis a p. 105.	
a. p.	cap.	23.
2.	Otho Imperator multum timebat ne caput suum non inhumaretur b. p. 345. c.	66.
ndo	P.	
21.	P alatium Misericordiæ varij honoris titulis in- signitur a p. 38. c.	6.
pa.	Palatium Misericordiæ quo sine erectum a p. 3. ratio.	
28.	Palatia per Dominam charitatem in coelis ædifica- ta a p. 7. ratione	1.
ia a.	Paradisi gaudia propter charitatis opera conferun- tur a p. 22. c.	2.
46.	Paradisus per Misericordiam acquiritur a p. 16. ca. 1.	
xer-	Parcendum ijs ante mortem, qui nos offenderunt b. p. 207. 208. ca.	40.
47.	Parentes in morte salutem impediunt b. p. 187. 188.	
40-	cap.	35.
47.	Patriarchæ antiqui de inhumatione valdè solliciti b. p. 346. c.	66.
nos	Paula vidua mirum in modum erga pauperes cha- ritatiua a p. 206. ca.	49.
pa.		Paupe-
47.		
em		
47.		
p.		
47.		
ra-		
oo.		
ra-		

INDEX.

Pauperes ostiatim mendicantes vtrum impediendi a pag.	56.
Pauperum vita nimium non inuestiganda a pag. 60. cap.	14.
Pauperes propter vnum obolum impostores appellantur a pag. 131. cap.	29.
Pauperes mortuos se simulantes vitam amittunt a pag. 173. cap.	43.
Pauperes otiosi & se mutilatos & amentes simulantes a nobili Ludouici Regis Gallia flagellis excepti a pag. 172. 173. cap.	43.
Pauper claudus ne a sancto Martino reddatur sospitati in alterum locum se transferri curauit a pag. 174. cap.	43.
Pauperes vt etiam sint misericordes admonentur a p. 82. cap.	19.
Pauperes pro eleemosynarijs intercessores erunt a pag. 95. & 96. cap.	20.
Pauperes peccata diuitum comedent a p. 97. c.	21.
Pauperes monentur vt in patientia vitam degant a p. 180. cap.	44.
Pauperes multorum causa malorum a p. 179. c.	44.
Pauperibus dare bona sua commodare est a pag. 92. cap.	21.
Peccatum mortale vniuersum operibus bonis adimit meritum a p. 187. c.	46.
Peregrinus in hoc mundo fuit Iesus a p. 71. c.	15.
Peregrini in itinere constituti secum Eucharistiam deferebant a p. 217. cap.	41.
Poenitentia ante mortem necessaria a pagina 185. cap.	34.
Poenitentia in hac vita non in altera facienda a pag. 191. cap.	36.
Phago magnus Helluo b. p. 31. c.	6.
	Phi-

INDEX.

- Philoxenus insignis potator b.p. 31. cap. 6.
- Pius Quintus statuit & milites ante conflictum Eucharistiam fumerent a p. 217. c. 41.
- Primus lapis huius magni palatij est Iesus a p. 4. ratione prima
- Præsumptio in infernū multos traxit b.p. 274. c. 40.
- Pro inimicis orandum b.p. 211. cap. 40.
- Proles erga parentes ingrata mirū in modum puni- nitæ a p. 156. & 157. c. 37.
- Proles iure successione priuatur eo quod parentibus incarceratis succurrere neglexerunt b.p. 293. cap. 53.
- Prolium multiplicatio ansam præbet parentibus eleemosynas faciendi ampliores a p. 79. cap. 18.
- Prolibus inuentis per eleemosynas succurrendum a p. 166. cap. 41.
- Proximus omnis homo est.
- Prodigi vocantur qui erga pauperes sunt liberales a pag. 32. cap. 5.
- Q**uam malè tractati in Anglia captiui b. pagina 308. cap. 57.
- Quod sepelire mortuos sit septimum opus misericordiae b. p. 338. cap. 65.
- R.**
- R**ationes quæ auctorem ad huius ædificij structuram induxerunt a p. 4. 5. 6. 13. 14. 15. 16.
- Reginaldus extremam vñctionem ministerio Beatae Mariæ Virginis suscepit b. pag. 226. c. 42.
- Religiosis per eleemosynas subueniendum a p. 152. cap. 36.
- Religiosæ quæ mundum deserunt sunt veræ eleemosynariæ a p. 207. cap. 49.
- Reliquiæ sanctorum cum fide applicatæ ægroto Dæmones ab eo abigunt b.p. 281. cap. 52.
- Restituenda ante mortē malè parta b.p. 202. & 203. cap. 39.
- Reges

INDEX.

Reges & Reginae in pedibus aures habent a p. 2.

S.

Sacrificia Dijs offerebantur ab infidelibus cum res
magni momenti aggrediebantur a pa. 1.

Sanctius Castiliae Rex ob datam indigenti cuidam
sacerdoti tunica in pelliculatam epœnis purga-
torij ereptus fuit a p. 178. 179. c. 44.

Sanctus Colombinus erga pauperes charitatiua
fuit b. p. 168. ca. 32.

Sancta Elizabetha mater pauperum appellata a pa.
204. ca. 40.

Sancta Lucia gutture sibi perfosso non prius excessit
vita, quam a superuenientibus sacerdotibus pa-
ne celesti cibaretur b. p. 218. cap. 41.

Sancta Lyduina erga egenos maxime charitatiua a
pa. 204. ca. 49.

Sancta Lyduina cœlitus communionem suscepit b.
pa. 226. c. 42.

Sancta placida erga pauperes valdè charitatiua a. p.
205. ca. 49.

Sancta Placida de infirmis valde sollicita p. 171. ca.
32.

Sancta Aldegondis de pauperibus valdè sollicita a
p. 203. ca. 49.

Sanctus Albinus precibus suis muros carcerum dif-
rupit b. p. 314. c. 59.

Sanctus Ambrosius cancellatis brachijs & in crucis
modum compositis expirauit b. p. 281. c. 52.

Sanctus Basilius post susceptam vñctionem sacram
æquo ferebat animo omnes morbi molestias b.
p. 223. ca. 42.

Sanctus Benedictus Con fratribus scalam humilita-
tis porrigens eam septem gradibus decorauit a. p.
50. cap. 9.

Sanctus Bernardus duas fratribus præbuit scalas
quarum

INDEX.

- quarum vna septem peccatis ornata mortalibus
 ducebat ad interitum altera septem decorata Mi-
 sericordiæ operibus ducēbat ad vitam a pag. 50.
 cap. 9.
- Sanctus Bernardinus peste correctorū magno cum
 animi ardore curam suscepit b. p. 168. cap. 32.
- Sanctus Franciscus exuendum aiebat altare Beatae
 Virginis vt pauperibus subueniretur a p. 163. c. 40.
- Sanctus Franciscus fratri cuidam qui grauiter pau-
 peri responderat precipit, vt nudus a paupere ve-
 niam deprecaretur a p. 214. cap. 50.
- Sanctus Lautmarus, male partas eleemosynas recu-
 sat a p. 138. 139. cap. 31.
- Sanctus Laurentius thesauros ecclesiae dedit paupe-
 ribus a p. 164. cap. 40.
- Sanctus Ludouicus in extremis agens consilianti-
 bus medicis vt absente vxore rem veneream cum
 altera nobili committeret, mille potius mortes
 subiturum se respondit, quam fidem datam vxo-
 ri frangere b. p. 166. cap. 31.
- Sanctus Lucianus, cum morti in carcere daretur,
 non habens altaris paramenta supra pectus pro-
 prium pane benedicto & consecrato se refecit b.
 pag. 218. cap. 41.
- Sathan per Misericordiam vincitur a p. 19. capite
 primo.
- Satisfactio pro alijs fieri potest b. pagina 203. &
 204. cap. 39.
- Satisfactio a pio visitatore egroto commendanda
 b. p. 197. cap. 38.
- Satisfactio in hac vita facienda non in aliam vsque
 differenda b. p. 202. & 203. cap. 39.
- Scala cœli a p. 49. cap. 9.
- Sepulchra supersticiosa ethnicorum seu gentilium b.
 p. 324. 325. cap. 52.
- Qa Sepul-

INDEX.

- Sepulchra ab Hugennottis comminuta b. p. 329. 330. cap. 62.
 Sepultura nequaquam mutilis b. p. 226. cap. 62.
 Sepultura Iudeorum superstitiosa damnatur b. pag. 22. cap. 62.
 Sepultura neglecta, non impedit animas quominus beatificari possint b. p. 324. cap. 62.
 Sepultura a catholicis vitata b. p. 332. cap. 62.
 Sepultura Ecclesiastica non potest excommunicatis aut hæreticis tribui b. p. 332. c. 63.
 Sepultura actus est iustitiæ sommopere laudabilis b. p. 339. 340. & 341. cap. 65.
 Sepultura mortuorum summopere laudata b. pag. 340. cap. 66.
 Sepultura asini ijs comminata, qui mortuos sepelire neglexerunt b. p. 343. c. 65.
 Sepultura in terra sancta valde expetita a Patriarchis sanctis viris & Regibus b. p. 346. 347. c. 66.
 Sepultura in terra sancta maiorem damnationis cumulum impijs addit b. p. 349. c. 66.
 Sepultura in terra sancta etiam ab Hæreticis summopere expetita b. p. 348. c. 66.
 Sitiuit Iesus Christus in cruce b. p. 45. c. 9.
 Sitis in rabiem vertet eos qui sitientibus laticis haustum denegauerint b. p. 53. cap. 11.
 Sitis grauiissimum malum est b. p. 56. cap. 12.
 Socrates quodam die inuitatus ad nuptias curita rite capillos concinnasset & in ordinem distribisset ininterrogatus.
 Socrates quodam die inuitatus ad nuptias vt ijs honorabilius interesset, capillis rite concinnatis & in ordinem distributis, interrogatus, curita concinnè ornatus esset, respondit: vt pulcher ad pulchrum accederem b. p. 214. cap. 41.
 Solon publica lege sancierat vt qui in aliquo deliquerat

INDEX.

- querat in satisfactionem sigillatim sua coram iudicibus crimina enunciaret b.p.198.c. 38.
 Statua Palladis ab Egyptijs dotissimis decorabatur ornamentis b.p.129.c. 26.
 Superflua media pauperibus distribuenda a pag. 69. cap. 17.
 Sub cruce expirandum est b.p.283.c. 53.
 Suscipiendus Christus hospitio puræ & nitidæ conscientiæ b.p.74.c. 17.
 Synesius cuidam Philosopho centuplum promittit a pag.112. cap. 25.

T.

- T**antalus in inferno præfame insanit bag.p.27. & 28. cap. 5.
 Tantalus præ siti in inferno rabidus fit. b.p.55c. 11.
 Tenebræ operient eos qui nudos vestire noluerint b.p.149.c. 29.
 Testamentum ab infirmo tempestiue condendum b.p.204.c. 43.
 Tiberius Cæsar duobus diebus incessanter cōmestrationibus insistebat b.p.51. cap. 10.

V.

- V**ana spes multos infirmos ad perditionem ducit b.p.274. 275. cap. 50.
 Vana gloria cum sit eleemosyna est vitanda a pag. 140. & 141.c. 32.
 Vdo in inferno miserè potatus b.p.541c. 11.
 Vestientes nudos mercedem accipient b. pag.130. cap. 28.
 Viduis per Eleemosynas subueniendum a pag.169. cap. 42.
 Vitrum aquæ pro amore Iesu Christi pauperi datū præmiabitur b.p.62. cap. 13.
 Visitator pius, quid in primis agerere debeat erga infirmos b.p.174.c. 33.

.Qq 2

Vifi.

INDEX.


- Visiones Dæmonū in morte infirmos tertere non
debent b. p. 248. c. 45
- Vitellius magnus Helluo b. p. 32. c. 6
- Vnctio extrema ab infirmo petenda b. p. 222. c. 42
- Vtrum opus misericordiæ in peccato mortali fa-
ctum per superuenientem gratiam viuificetur a
p. 199. & 200. c. 48
- Vtrum liceat mulieri sine licentiâ mariti eleemo-
synam præstare a p. 149. c. 33
- Vtrum Christus præcipiat largiri pauperibus elee-
mosynam an consulat a p. 64. cap. 16
- Vtrum elemosyna profit animabus defunctorum
a p. 175. cap. 44
- Z.
- Zenonis propter quædam bona opera differtur
punitio a p. 194. cap. 47

Jo. Paderb.

FINIS.





NON
45
6
42
li fa
ir a
48
mo
35
elce
16
rum
44
tur
47





M... de ...
C...
ra

45










M...
CO...
ra







OIV

9.6

Th

3179

Miseri-
cordia
opera